

# ALVEARE.

---

## MÉHKAS.

---

Fundit cum nectare luceni.



Méhek' gondja viaszt fog majd ide hordani 's mézet:  
Égve világít az; használósan édes emez.

---

---

Cursus secundus.

---

---

I.

Cum Ephemeridibus Posoniensibus  
edit

*Paulus Kováts.*

---

---

POSONII,  
TYPIS HAEREDUM BELNAY.  
1838.

306.975

**Protenus aërii mellis coelestia dona  
Exequar. Hanc etiam, M a e c e n a s, adspice partem!**

*Virg. Georg. IV. 1-2.*

**M. ACADEMIA  
KÖNYVTÁRA**



---

## PRAEFATIO.

---

Ipsa autem, seu corticibus tibi suta cavatis,  
Sed lentò fuerint alvearia vimine texta;  
Angustos habeant aditus. Nam frigore mella  
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit;  
Utraque vis apibus pariter metuenda. — — —

*Virg. Georg. IV. 33-37.*

*Eodem, quo hucusque, conatu atque consilio ea, „quae gloriam Dei, et ejus Ecclesiae florem respiciunt, quae fidelitatem in „Terrae Principem, et instituta patria „confirmant vel augent, quae morum, „legumque sanctimoniam procurant, quae „Magistratum, — ecclesiasticorum et civilium, — auctoritatem fulciunt, quae „succrescentis sobolis probam educationem „adjuvant, quae saniora principia in omni „genere, spiritumque amantiorem pacis et „tranquillitatis, justitiae item ac ordinis, „tum vero disciplinae rationalis patientiorem „progignere solent, aut quae apud Superiores*

„constantiam, et in arduis — hoc in pri-  
mis tempore — munerum partibus explen-  
dis fortitudinem, quodve summa omni-  
um est, religionis reverentiam corroborant“,  
ad *Alveare* — *Méhka* s lingvis la-  
tina et hungarica collecturi, et per integras  
aut medias philyras edituri sumus. — Ita  
licet salutarem omnino scopum nobis prae-  
fixisse intime persuasi simus, ea tamen  
in conatibus moderatione utendum censemus,  
ut tam frigidum in bono torporem, quam  
et nimium animi aestum pari intervallo  
linguere, velut constantem regulam nobis  
praestituerimus.

### Interpretatio Signorum:

* significat:	Editor.
c.	— communicavit.
v.	— vertit.
ex.	— excerpisit.

---

*Juris aequalitas, Nobilitas, Status privilegiatus.*

I.

Praeter libertatem, perperam intellectam, erronea, uti notum est, aequalitatis idea impuraque ac perversa eam in effectum deducendi lubido est magnus ille vectis, quo orbis terraqueus e cardine suo dimotus esse videtur. Quamdiu falsae hae et perversae ideae mentes exagitant, eousque constans rerum in Europa status et tranquillus correlationum domesticarum in occidentalibus regnis ordo sperari nequit. Aequalitas illa, quam theoria pseudophilosophica sibi exposcit, quae apud plerosque ita dictos cultiores altera jam quasi vel potius unica religio habetur, nunquam nec uspiam locum obtinuit, neque existere potest; indoli enim ac naturae rerum humanarum repugnat, eamque adducendi contentio, sicut sub dominatu Napoleonis, aequali duntaxat omnium et singulorum mancipatu desinere potest. Quodsi quidem id divina providentia decretum est, ut sors illa Europae obveniat, tum profecto nulla humana auctoritas, nulla elucubratio docta magnorum



orbis terraquei eventum cursum deflectendo aut cohibendo par futura est. Hoc nihilominus pacto nequaquam cessat obligatio — in utilitatem et commodum eorum, pro quibus communiter ejusmodi elucubrationes instituntur — errores dissuere, mentemque illorum, qui adhuc lumen veritatis recipiendo sunt, illustrare, ut hac ratione semen salubriorum sensorum et consiliorum propagetur, e quibus multitudo rectam semitam agnoscere, et ad eandem olim, postquam nempe vesaniae suae fructus abunde degustaverit, chimaerisque sophistarum ad nauseam saturata fuerit, veritatis et naturalium correlationum desiderio tacta, regredi valeat.

## II.

Declamationibus contra „Aristocratiam“ — sicut in quovis errore evenire consuevit, — aliqua saltem veritatis species subest, quam absque ambagibus democraticis adversariis concedere oportet, antequam posteriores disputationes institui possint. — A privilegiata et altiori vitae conditione ac statu possibilis ejusdem abusus vi originarii conceptus bene distingvendus est. Facile enim est perspectu, aliud omnino esse adfirmare: nullum in vita statum praecellentem seu privilegiatum dari debere, sive absolutam potentiae et jurium aequalitatem necessariam et lege rationis atque justitiae praeceptam esse; aliud autem postulare: ne ullus, quicumque demum ille sit, majore sua potentia seu praecellente, qua pollet,

conditione in detrimentum proximi, ad injuriam ei inferendam, ad inhumanam et insolentem sui supra eundem exaltationem abutatur. Haec eadem distinctio obtutu etiam summae, ac independentis conditionis, ipsius quippe Majestatis, seu Monarchae instituenda est; hic quoque potentia ipsa ab ejusdem abusu, independentia, et prae caeteris cunctis praecellentia a noxia, et injusta vi, seu despotismo discriminari omnino debet. Illi, qui hoc, sanae rationi non secus quam naturali sensui obvium, discrimen facere negligunt, respectu ambarum relationum in easdem erroneas consequentias delabuntur; nam ad idem prorsus recidit dicere: quivis Principum est despota, tum: quaelibet praerogativa, et quaecumque Status unius supra alium eminentior conditio, i. e. quaevis Aristocratia est injusta. In utroque casu possibilis est abusus, imo hujus periculum absque dubio, propter principis ab omni terrestri dominatu independentiam, apud hunc longe adhuc majus est. Ubi cumque scilicet potentia et libertas adest, ibi ex ipsa rei natura earum etiam abusus locum habere potest, hoc per se evidens est; at si quis propter abusus, qui evenire posset, id, quod pseudophilosophi nomine aristocratiae ad invidiam designant, odit, ex iisdem rationibus, si fide sincera et cum candore remagit, una cujusque regiae, herilis et patriae potestatis inimicum se fateatur est necesse: quoniam in his superioris potentiae pravus ac perniciosus usus in multo majori gradu impen-



det. Caeterum hic de abusu, deque ejusdem singularibus speciebus disceptandum minime est, tanto adhuc minus possibilitas ejus neganda, sed potius concedendum: tyrannidem nobilitatis non secus damnandam et abominatione dignam esse, ac despotismum principum; imo illam molestiorem adhuc et longe gravio-rem evadere posse, quia non ab uno indivi- duo, nec ab una familia, sed a multitudine, ad eundem statum spectante, provenit.

### III.

Jan si communes et vulgo usitatas contra aristocratiam phrases — demtis antea iis, quae in prolatis contra ejusdem abusus gravamini- bus et querelis veri quamdam speciem praese- ferunt — e sublimiori et historico-politico ob- tutu expenderimus, miram profecto de vero „democraticarum“ argumentationum aevi nostri significatu lucem et claritatem obtinebimus. Controversia quippe vicens nequaquam agitur inter puram democratiam et aristocratiam, qua- tenus sub illa priori omnis praecellentiae cujus- dam Status exclusio, seu ita dicta „civilis in republica aequalitas“ intelligitur; haec enim manifeste risu digna chimaera est, quam re- vera nemo credit, nemo appetit. Bellum po- tius geritur inter aristocratiam antiquam, et novam, aliis potentiae fundamentis superstru- ctam, quae quidem dum ex adverso prioris constituitur, jura humani generis, aequalita- tem cunctorum „reipublicae civium,“ et aboli-



tionem feudalarum praerogativarum constanter in ore gerit, re ipsa tamen cum, vel sine intima rei conscientia, pro obtinendis status et conditionis emolumentis depugnat, quae etiam eadem mensura atque proportione pedetentim occupat, prout veterem aristocratiam gradatim ex iisdem exturbat.

Negari nempe neququam potest ideam nobilitatis in generali sua significatione, — in quantum sub ea praecellentia unius alicujus hominis, vel certae cujusdam familiae, aut totius cujuspiam Status, prae omnibus reliquis ex eodem populo intelligitur, — in ipsa rerum humanarum natura fundari. Nemo quippe sana ratione praeditus ibit inficias, per naturam ipsam, i. e. ordinem a Deo rebus et relationibus humanis praestabilitum, inaequalitates inter homines introductas esse, vique hujus institutionis naturalis non tantum robustos, ac debiles, sapientes et stultos, fortes et ignavos, sed etiam ex ipsa hominis ad vitae hujus fortunas relatione divites et pauperes dari. Hinc natura nobilis est is, qui caeteros quacumque ratione praecellit. — Pari ratione nec haereditaria translatio possessionum humanarum potest negari, et quidem sensu multo profundiori, ampliorique extensione, quam vulgo cogitari solet. — Quod proprietates corporis haereditariae sint, i. e. haereditate ad posteros deriventur, ad hodierna usque tempora a nemine disputatum est; accuratior vero naturae observatio docet, majorem etiam cunctorum materialium

bonorum numerum a patre ad filium transferri, qui scilicet in plerisque relationibus existentiae illius, qui ipsum genuit, propagatio et continuatio est.— Animi proprietates eadem ad minus mensura, qua corporis haereditariae sunt, et ubi arcte ac intime juncta familiarum vita ad huc in suo vigore superest, i. e. apud omnes moribus nondum depravatos populos, principia quoque, opiniones ac sensa pari ratione ad posteros transmittuntur. Multa quippe nunquam obliterandis primae educationis vestigiis, multa mysteriosa ipsius generationis via transplantantur; experientiae patris thesaurus, ejusdem item in hoc mundo collocatio atque conditio, amicae demum connexiones e simplici rei natura liberis quoque in emolumentum cedunt. Idem de honore atque existimatione patris aut avorum dicendum. Haec omnia negare velle materialisticis sophistarum prioris seculi de mundo opinionibus assentiri significat, quae tamen cum factis et eventibus quotidianis, cum moribus omnium temporum ac populorum, et cum communi, cujusvis hominis animo insidente, omnemque reflexionem praecedente intimo sensu in contradictione sunt. — Filius Ablegati liberalis nomen patris appellat, ut se illis, qui eorundem politicorum sensorum sunt, tanto efficacius commendare valeat; et infensissimus etiam haereditariae aristocratiae inimicus, si cum famosi ac scelesti cujusdam latronis filio in contactum venire eum contingat, internum quoddam sibi ab eodem ca-



vendi studium, ne contaminetur, animo vix excutere poterit. Haereditas haec dedecoris est validissima, quae cogitari potest, defensio ideae haereditariae nobilitatis i. e. haereditarii honoris. Et re vera hujus per haereditatem transmissio naturae haud minus consentanea, imo certo sub obtutu magis rationabilis est, quam fortunarum, cum tamen in his haereditariae successionis abolitioni aristocratia pecuniaria temporum nostrorum graves profecto rationes, nec injuste, obmotura esset.

(Continuabitur.)

*Nagyméltóságú Kovács Miklósnak  
ismét egy hazafiui áldozatja.*

Ismét egy hazafiui áldozat! Kovács Miklós bel. t. tan. a' károly-fejérvári püspöki liceumban többször létre hozott, de alapítvány hiánya miatt annyiszor megszünt bölcselkedési cursust, ismét helyre állítani, 's megörökíteni kívánván, tulajdon erszényéből 25 ezer v. forintot vala szives a' károly fejérvári káptalannál idei jul. 1-jén tőkésíteni; mi szerint annak haszondijából két oktató fizetessék, 's hogy a' jelen iskolai évben folyamatba is hozathassék az oktatás, ez évi haszondíjt szinte ön tárából rendelte kiadatni.



*A' karloviczi illyr-oláh érsek- 's metropolita-választásáról.*

A' karloviczi illyr-oláh érsek- és metropolita-választáshoz pótlékul még ezt írják: „Nem csak a' Karloviczba gyült 75 képviselője a' keleti n. e. egyházhoz tartozó oláh-illyr nemzetnek, hanem az egész nemzet szive reményteljesen függött az említett központi várason, honnan éltető napsugár támodtát várá az illyr egyház fölleges egére. 'S reményükben nem csalatkoznak, mert nov. 23-ikán óra-negyednyi tanácskozás után egyértelműleg olly férfit választának elhunyt Stratimirovich István érsek 's metropolita helyére, ki minden tekintetben kielégíti a' nemzet kívánatit. Czivokadásnak 's pártos fondorlatnak teljességgel nem lelete nyomát látni. Valamennyi jelenvolt püspök nevét tisztelettel említék. Valamennyi, így nyilatkozáék a' közvélemény, érdemes főpásztora 's vezetője a' népnek, valamennyit vallás, buzgalom és szeretet csatolja az imádott hazához; de azért a' népnek egyhangu lelkesült kiáltása: „Éljen Stankovics!“ a' névaláiratnál is világosan kitünteté annak szándékát. Huszankint állottak tollal kezükben az asztal körül a' népképviselők, egyik a' másikat megelőzni akarólag, 's pár percz mulva 67 név diszle Stankovics neve alatt. Lelkesülve ennyi egyességi buzgalomtul a' többi nyolez is, kiegészítvén a' nemzeti képviselők,

számát, hasonló véleményre nyilatkoztak, 's így valamennyi példás összetartással Stankovics István volt bácsi püspököt választá meg a' n. e. keleti egyház érsek-metropolitájául. Valasztás után a' gyűlésből nevezett külön küldöttség adá tudtára annak sükerét a' kir. biztosnak, mire az, megjelenvén a' gyűlésben, élénk örömet jelenté a' fontos ügy olly szerencsés eldöntetésén. Ezután velős tartalmu érzékeny beszéddel zárá a' gyűlést a' megválasztott főpap, reményét fejezvé ki az iránt, hogy ő cs. 's ap. királyi fölsége helyben hagyandja a' nemzet akaratjának e' nyilatkoztát, igérvén és szentül fogadván egyzsersmind, miszerint évenkint rendszeren minden görög n. e. püspökmegyébül, a' haza 's nemzet javára két ifjat szándéka nyelvkülönbség nélkül papi pályára neveltetni. J.

---

*Egri Patriarcha-Érseknek a' közjó-iránti  
buzgalombul eredett hasznos példája.*

Eger, dec. 16-kán. Közelebbről az egri Patriarcha-érseknek egy a' közjó-iránti buzgalombul eredett hasznos példája lelkesité Heves-Szolnok megye RRdeit: melly szerint a' tiszt. főispán ur a' mátra-járásbeli rossz utakat, 's azokban a' szükséges közlekedés' tetemes akadályit vevén tekintetbe, az utak' czélszerű csináltatását, Egertől a' regényes Szar-



vaskő-, Molnoshél-, Apátfalva- és Szilvásnak tartva, 's majd onnan a' már kész borsodi uton a' Sajó' völgyének és Rozsnyónak irányozva, nemcsak szándékba vevé, de valamint a' tisztelt főispán' előjárása, ugy több heves- 's borsodmegyei földesuraság e' czélra kitüntetett hazafiúi ajánlása' következtében Heves vmegye' elősegítésével már a' tetemes munka ez öszön el is kezdeték. Melly annyival nyomatosb érdemü, mivel már a' hegyvölgyes Szarvaskőnél érczkeményiségü sziklakkal csákányosan kell vala megütöközni. De itt szilárd elhatározottság daczol a' gátokkal; mert a' mosolygva biztató remény előre jelenti, hogy a' végrehajtás valamint Eger fokhelyének (emporium) úgy a' körülbelöli vidékeknek is kivált a' legrövidebb közösülési út' eszközendése által tetemesen gyümölcsözend. Eddigelé a' patriarcha-érsek viszi az útesinálási költségeket; 's kirendelt mérnöke a' megye mérnökével együtt munkálva intézik az út menetét. Így már jámbor palóczinknak sem fog majd annyi ló- és szekérromlásba kerülni utjok; holott maiglan is sokszor lélekvesztő patlak-kavicsokon, szikladarábokon, görbe dülökön 's löktetőkön kell a' többi utazókkal együtt rázatniok. J.

---

*RR. Franc. Bendik tit. Praepositus.*

Caeo-Regia Apost. Majestas altissima  
 resolutione de 9. Dec. a.p. Parochum in Szkle-  
 no, Franciscum Bendik, Praepositum S. Jo-



annis de Hunsdorf benignissime renunciare dignata est.

---

*RR. Franciscus Pendl et Emericus Farkas  
Abbates tit.*

Caeo - Regia Apost. Majestas altissima resolutione de 9. Dec. a. p. Canonicos Cath. Capituli Alba - Regalensis, Franc. Pendl, Abbatem t. S. Crucis, alias Vértés Keresztur; et Emericum Farkas Abbatem t. Beatae Mariae Virginis de Abrám seu Abrahám benignissime denominare dignata est.

---

*Gradualis Promotio in Ven. Capitulo Veszp.*

Caeo-Regia Apost. Majestas in V. Capitulo Veszprimiensi Joannem Szmodics, hucusque Canonicum Custodem — Cantorem; Carolum Bogdányi, Cathed. A. Diaconum — Canonicum Custodem; Gabr. Balassa, A. Diaconum Szaladiensem — A. Diaconum Cathedralium; Emer. Szalay, alterum Canonicum scholasticum et Seminarii Cleri jun. Rectorem — Szaladiensem Archi-Diaconum; Joa. Kéry, Parochum Veszprimiensem — alterum Canonicum scholasticum denominare; Antonium autem Fekete, Mernyensem, Benjam. Kacskovics, Suurensem, et Mart. Hoszszú, Kaposvariensem Parochos; tum Lad. Szabó, Hermeneuticae Professorem, Canonicos hon. bb. renunciare dignabatur.

*RR. Car. Laky Can.; Franc. Szabó, Franc. Balogh, Joan. Laky et Vinc. Septyey Canonici hh. Sabarienses.*

Caeo-Regia Apost. Majestas in Capitulo Sabariensi vacantem Canonicatum Carolo Laky, hucdum Parocho Szala-Egerszegensi conferre; Franciscum autem Szabó, Parochum in N. Ölbő; Franciscum Balogh, Parochum in Káld; Joan. Laky, Parochum in Gerse, denique Vincentium Septyey, Seminarium Cleri jun. Sabariensis Vice-Rectorem, Canonicos hon. bb. denominare dignata est.

---

*RR. Mart. Radvesay Can. Segniensis.*

Caeo-Regia Apost. Majestas altissima resolutione de 21. Oct. a. p. vacantem in Cathedral. Capitulo Segniensi Canonicatum Professori hist. bibl., et V. A. Diacono districtus Sluinensis bb. conferre dignata est.

---

### E p i g r a m m a

de quodam unimano homine in egenos largissimo.

Vere te Superis placere credo,  
 Qui tam largiter adiuvas egentem;  
 Et quod dextra facit, sinistra nescit.

---

*Juris aequalitas, Nobilitas, Status privilegiatus.*

(C o n c l u s i o.)

IV.

Nobilitas antiqua Germanica \*) duplici innitebatur fundamento: scilicet existimationi, decori et gloriae, qua heroica fortitudo apud populos bellicosos perfruebatur, tum ideis superius explicitis, et profundiolem naturae observationem prodeutibus de honoris illius et dignitatis per haereditatem propagatioue. — „Qualis arbor talis fructus“ (non procul ab arbore cadit pomum) in bonam et malam partem aequè usitatum semper fuit proverbium. Origo historica nobilitatis dynasticae (nobilitatis illustrioris) historicis cognitionibus nostris vetustior est, neque cum aliqua certitudine eruere licet, utrum antiquissima familiarum nobilitas e progenie principum, qui stirpibus ac gentibus praeerant, aut e prosapia sacerdotum \*\*) vel vero a belli ducibus eorumque sociis et comitibus originem ducant. Quantum attamen temporibus etiam historice notis nobilitas (inferior) suborta est, certius jam con-

\*) Imo omnium populorum, nequidem romana re- publica excepta: testes sunt equites romani; et apud nos servientes regis etc.

\*\*\*) Tribus Levi. Bramines in India etc.



stat, eam cum equestri genere ejusdem significationis habitam fuisse. Conceptus iste inde habet originem, quod castrensis vitae ratio et servitium equestre praecellentiam, prae omnibus illis, qui vitam sub armis non egerant, (qui equo non merebant) tribuerit. Plena tamen status hujus existimatione, conceptui illi convenienter, ille duntaxat gavisus est, qui honorem ac sensa bellicosa jam cum lacte materno insuxerat, i. e. qui equestri genere natus est. Membra status hujus simili vitae ratione, iisdemque honoris principiis junctam corporationem eformabant; quae tamen arcte in se conclusa tribus seu classis civium, ad exemplum orientalium populorum, haud fuerat, sed fortitudo et bellica merita cuique ad eam accessum patefecit, uti ex adverso alia, nequaquam bellica vitae ratio ab honore status hujus naturaliter excludebat. Praeterea congrue evolutioni principalis hujus de toto instituto notionis, quamdiu idea equestris ordinis ac generis re ipsa in vita et praxi praesto fuerat, praeter nativitatem, certa etiam pro hoc statu educatione — velut tiro et armiger — denique solenni quadam inauguratione \*) opus fuerat, i. e. declaratione, quod hic vel ille vir singularis dignus sit ad ordinem equestrem, seu classem bellici honoris recipi, cujus etiam hoc facto pro sua persona particeps factus est. — Possessio terrae ac fundi in prim-

\*) In equitem legi, creari, gladio vel ense cingi, percuti „Ritterschlag“; apud romanos equo, annulo donari.

rdiis erat duntaxat sequela et effectus status equestris, velut stipendium pro servitio militari, non vero ratio et causa efficiens praerogativae; pari ratione, si ad initia regrediamur, ordinis equestris cum rege consortium, itaque aulica, non fuit ratio honoris, sed sequela et effectus status militaris, eique inhaerentis eminentioris dignitatis, quae equitem potentioris domini, et summi belliducis consortii participem reddidit. Servitium, quod non armis praestitum fuit, etiamsi servientem proxime ad latus regis adduxerat, dignitatem tamen equestris ordinis eidem haud procuravit.

## V.

Nobilitas itaque populorum germanicorum (etiam aliorum) originarie est nobilitas bellica. e. dignitas eminentior, quam cuiuspiam sua propria et majorum militaris seu castrensis vitae ratio ac fortitudo tribuit. Ast mutata belli gerendi in Europa ratione, inde in primis, a quo exercitus, pro stipendio militans, conducī caepit, etiam relationes nobilitatis mutationes magnas subivere. Servitium, olim nobilibus proprium, vel desiit, vel cum equestri ordine necessario conjunctum deinceps non fuit. — Eminentior nobilitatis (inferioris) dignitas ab hoc tempore a majoribus acquisita, posteris relicta, et ab his ulterius transmissa summa quasi capitalis habenda est. Antenati quippe nobilis cuiuspiam in serie complurium generationum eminentiori conditione, et dignitate qua-



dam praecellentiori gavisī sūnt, hinc statu nobilioris — nomine clarioris — idea enata est, et hoc emolumentum naturali ratione a seros etiam posteros per generationes transi etiam tum, dum jam originarium illud altiori honoris et dignitatis principium ac fundamentum — mos armis et equo merendi — vel generatim ad alium, cum nobilitate nequaquam identicum, statum translatum fuit, vel salte exclusiva nota characteristicā ordinis ac generis equestris (nobilitatis) esse cessavit. — Hac ratione Nobilitas — missa nobili et mag aestimata bellicae vitae ratione — genuino tiam et reali suo fundamento spoliata fuisse si in possessione feudalis aut allodialis fund mature jam inde ab origine haereditaria, n vānā basim nacta non fuisset. Hoc facto character nobilitatis mutatus est, et e nobilitate bellica (castrensi) nobilitas possessi naria facta est: status nempe liberarum, n bilium, amplioribus terrarum possessionib haereditarie praeditarum familiarum, quar jam antenati eminentiorem statum constitu rant; in hisce familiis honor et fides avorū perennavit, et quaevis earum per possessi nem genti ac familiae suae inhaerentem, si Mōser dicit, unam actiam in civitate habet parvum quasi principatum independentem ef mat. Evidentissimum mutationis hujus doc mentum praebet mutata significatio vocum, quites“ et „equester ondo.“ Quo no ne prouti saeculo 13-io armis et equo meren



magnum designabatur, ita seculis 17-o et 8-o (praeter eos, qui singularibus meritorum insignibus decorati, hoc nomine veniunt) incorporatio, amplorum fundorum, plerumque deicommissorum (majoratum etc.) possessione gaudens, compellabatur.

Quod conditio talis praerogativis praedita esse debuerit, inde facile colligitur, quia contrarium vix cogitari potest. Eminentior enim aevae et praeter ceteris superior potentia, praecellentiam tribuit, sive dein haec tantum de facto obveniat, seu externe etiam solenni formata habeatur. Potentia vero nobilitatis in duplici possessione fundabatur, in materiali scilicet terrae ac fundi, tum in possessione ideali nominis et honoris eminentioris, a majoribus haereditate accepti et opinione publica agniti. Ex hoc itaque statu, ejus emolumentorum, et collocationis ratio — minori licet mensura — magnam cum principis conditione habuit similitudinem, suosque proximos delegerat consiliarios, ac familiares, et si frequentem in suo regno habuit nobilitatem, non obstante jam alia belli generatione, ex eadem etiam optimos ac fidelissimos duces adsciverat; denique apud eundem statum, qui per traditionem complurium generationum sibi arctissimo nexu junctus fuit, princeps in omnibus suis necessitatibus et variis regni sui vicissitudinibus opem et servitia quaesivit, et promptissima etiam obtinuit. Ideoque mirum videri nequit, si praecellentia

hujus modi conditionis in quibusdam etiam honorum ac dignitatum nobilitarium juribus se manifestavit (Jus aulam frequentandi, privilegiatum tribunal, inimunitas a certis oneribus, et tributis etc.), quae non adeo privilegia, quam potius consecraria eminentioris, propriis juribus et potestate gaudentis possessionariae nobilitatis fuere,

## VI.

Bellum adversus hanc aristocratiam susceptum in genuino sensu et e vero suo fundamento ac principio unum idemque est cum bello opulentiae pecuniariae adversus fundorum possessiones. Parallele cum hoc bello inde a decimo septimo seculo procedebat conatus, in dies luculentior, potestatis monarchicae, rem suam a nobilitatis, propriae suae potentiae innixae, commodis separare nitentis, neque deinceps illius auxilio regnare volentis. Principes e romani juris peritis classem magistratum, tamquam organa potestatis summae, circa se instituerunt, quo facto potentia ipsorum et absoluta regendi ratio revera incrementum capere videbatur. Aristocratia fundorum hac ratione aristocratiae pecuniariae et magistratuali ex adverso collocata est, et characteristicam temporis notam efficit ambarum harum posteriorum, velut statuum contra nobilitatem possessionatam favoribus suffultorum, eminenti et praecurrendi contentio. De democratia proprie dicta, seu dominatu infimae classis.



quae capitum summa majorem numerum constituit, in medijs his societatis civilis stratis nullus est sermo; ast si quando bellum multitudinis (massae plebis) conflatum et instructum fuerit, historia orbis terraquei tanto plus de hac quaestione agendum habebit!

Historiam belli aristocratiae pecuniariae contra aristocratiam fundorum, in quo haec posterior hucusque fere ubique manifeste inferior remansit, scribere, esset opus adtentione dignissimum, quod utique hic loci suscipi nequit. Id tamen identidem in memoriam vocare juvat, quod etiam dominatus pecuniae genus aristocratiae sit, at vero ejusmodi aristocratiae, quae seculo, materialismo famulanti condigne, heroicarum possessionatae nobilitatis virtutum memoria inops et prorsus vacua est. Occupet illa usurpetque, quantumcunque licet, — prout hoc in pluribus jam regnis, ad superius expositam sententiam validissime confirmandam, evenit, — pecuniariae aristocratiae nequaquam convenientia bellicae nobilitatis praedicata (Comes, Baro, Eques etc.) — nunquam tamen honoris, sed nimiae duntaxat praepotentiae, metallo, vita carenti, tributa aristocratia futura est. „Aristocratia natalium.“ — ajit auctor, cujus testimonium politicus liberalismus repudiare nequit, quoniam unus e veteribus ejusdem asseclis est, \*) — „quae fontem auctoritatis et dignitatis suae in

\*) Sismondi: Études sur les constitutions des peuples libres.



tenebris praeterlapsorum seculorum quaerit, seque pro filia priscorum temporum habet, et potens praeteriti aevi gloria semet independentem conservat a rerum adjunctis, quae nec dare nec eripere avorum gloriam possunt, — integritatem honoris et famae, quae solam ejusdem haereditatem constituit, plurimi facit, et magis, quam ulla alia, bonae existimationis studiosa est. Prima omnium ei cura est honos et decus nominis, quod per secula intemeratum posteris relinquere cupit, si eligendum ei sit, pericula, inopiam, aerumnas, perniciem, ipsumque perfidiae discrimen infamiae praefert.“ Sismondi quidem regimen civitatis his dotibus superstruere non vult, „magnum tamen — inquit — malum foret eam inde excludere, sensisque hujuscemodi suffragia ideo non tribuere, ut faciles ac pronae semper aures praesto habeantur, vel ut omnis ac indivisa potestas iis tradatur, qui sentiunt ignotum ac ignobile nomen suum — in quo nemo gloriabitur — famae censuram onusque responsionis efugere posse.“ Contra vero auctor idem aristocratiam pecuniae his notis characteristicis perstringit: „Temporibus gravissimarum feudi calamitatum, temporibus mancipatus, absque dubio heri crudelitates quandoque patrarunt, super quibus humanitas exhorruit; iram interim aut ferociam eorum causa aliqua excitare debebat, et spes quaedam ulteriores evitandi atrocitates oppressis inde adfulsit, quod deinceps sibi ca-verint, oppressorum suorum animos irritare.

Praeterea auctor ipse crudelis ejusmodi actionis sub ipso actu eandem remittere vel mitigare potuit. Uxori, liberis, sacerdotibus pro reo gratiam flagitare licuerat, et raro preces optato effectu carebant. Verum enim vero in frigida illa et numerica oppressione, quam divitiae exercent, nulla offensio, nulla ira, nullus servus notus, nulla relatio hominis ad hominem adest. Saepetyrannus et victima ne quidem de nomine se invicem noscunt, diversas regiones incolunt, diversamque linguam loquuntur. Oppressus ignorat, quo preces suas aut vindictam dirigere debeat; oppressor forsitan non modo feri ac duri cordis non est, sed potius vir magnanimus, ingenioque mansuetus, at de malo, quod infert, rationes apud se non reddit, ipse fatali cuidam cedit fors impulsui, qui hoc tempore in omnem industrialem vitam dominari videtur. Istud est illud fatum, quod non obstantibus de libertate et securitate sponsonibus, millions humana- rum creaturarum horrendae exponit oppressioni.“

v. \* e B. p. W.

*Felicitas principiorum liberalium et  
revolutionum.*

Nemo jam hodie partium studio alienus et rerum haud ignarus dubitat, bellum civile in Hispania aut nunquam exortum, aut pridem jam sopitum fuisse, nisi liberalia in subvertendis et innovandis civitatibus principia propagandi lubido illud suum fecisset. Gallica quippe invasio sub Napoleone pernicio-  
sa



sua semina revolutionaria, studiose dispersa, ibi reliquit, sensim germinatura, et jam 1820. uberem messem datura. Ferdinandus VII. ultimis vitae temporibus, uti olim (1808), malevolorum consiliis obrutus, postremis suis actis gliscenti sub cineribus igni materiam praebuit, revolutionarii, ab imbecillitate Reginae omnia sperantes, materiam illam una cum Regina occuparunt, et liberalium Galliae et Angliae virorum, ita dicta liberalia et constitutionalia regimina quo latius propagandi studio adjuti, regimen involarunt, et ab inde gubernacula capessere ordine alii atque alii, quo ineptiores tanto magis ambitiosi, quotidianis contentionibus gestiunt. Ipse populus in his alioquin partem nullam habuit, ast tanto majorem, ut communiter fit, in miseriis ac aerumnis, quae e similibus eventibus necessario emergere solent. Calamitates quidem hae variis confictis causis aliis tribui solent, verum enim vero, nihil aliud sunt, quam indubii fructus ejusmodi ambitiosorum moliminum, et felicitas novorum ac liberalium principiorum, reformationum et revolutionum, quae jam complura regna florentissima in exitium praecipitarunt.—Facta docent. — Paginae Madritenses „Castillano“ de statu quarumdam Hispaniae provinciarum has in summa e literis dant relationes: „Valencia. In hac provincia vita amplius perferri nequit, nulla enim seu proprietatum, seu personarum adest securitas. Cabrera, Forcadell, Esperanza et alii ductores, regni hu-



jus sunt domini; tributa cogunt, et quaquaversum pro lubitu se diffundunt, quin ulla sufficiens armata manus iis semet obicere et vi resistere posset. Oraa hoc impediendo par non est, a quo pars copiarum ei subtracta est. etc. — **Santa n d e r.** Diutius jam hic vita sustineri nequit, necessario nobis emigrandum est, si residuum fortunarum nostrarum conservare volumus; hodie exigit quidam Generalis pro 6000 viris annonam et 10.000 paria calceorum; alter postridie pro 4000 viris annonam et 50.000 duros poscit; tandem hostis ex improvise urbem invadit postulatque, ut ipsum, etiamsi ad incitas redacti fuerimus, alamus etc. — **A r r a g o n i a.** De hac provincia nihil aliud dicere suppetit, quam quod factiosi hinc castra moverint, quoniam nihil amplius ad vitam alendam invenerunt; milites in nosocomiis inopia intereunt, nosque mox eorum prememus vestigia. — **T o l e d o** et **E x t r e m a d u r a.** De infelicibus his provinciis praestat tacere, quaeque enim dici aut scribi de iis possent, veritate longe inferiora forent! \*

*Nuncium Pacis e vita ecclesiastica.*

Sub hoc titulo Budenses „Gemeinnützige Blätter“ Nro 103. a. p. haec habent:

„Vi ingenii animique teneritudine eximius poeta, Witschel, in sua praefatione ad sacrificium matutinum et vespertinum dicit: „Unionem Christianorum Germaniae problema seculi constituere.“ An seculo decimo nono re-

servatum sit, memoria dignum hunc ecclesiastico-religiosum eventum celebrare, aut an unquam hora illa unionis ventura sit, quis mortalium potest praedicere? Gratulari nobis interim licet, quod pium illud desiderium, cunctis sapientioribus proborumque consiliorum viris commune, Ill. Episcopi Rosnaviensis, Dni Joan. Scitovszky pl. tit., quod in suis, ad ev. conf. ministrum verbi divini in Dobschau, D. Joan. Godef. Ruffini, pro 50-mo muneris jubilei anno datis, enunciaverat, ut quippe omnes christianae religionis confessiones ad unionem in sensu morali fraternas porrigere velint manus — in quibusdam communitatibus Domini revera usu obtinet. — Decurrente hoc anno (ajunt eadem paginae) jam aliquoties — et quidem singulari semper cum solatio — pacis idmodi nuncia e vita ecclesiastica in his paginis \*) communicavimus; in quam rem exemplum adducendi nunc etiam opportunitas offertur. — Inde a longiori tempore in Lautenfelden (Nasoviensi) catholici et protestantes pacifice convivunt, et jam saepius contigit, ut functiones baptismatis et funeris ministri diversarum confessionum alter pro altero peragerent; evenit etiam, ut sacerdos catholicus infirmo protestanti coenam domini sub utraque specie administraret. Dum ecclesia catholicorum ruinam minaretur, protestantici loci Superiores oecum curiae suae civicae catholicis pro cultu

\*) Unde Alvearis III. p. 71. hausit.



divino cesserunt, et evangelici aedificationem templi catholici omnibus modis adjuvarunt. Die 12. Nov. a. h. novum illud templum consecratum est. Catholicus V. A. Diaconus Schwalbach inauguratorium dixit sermonem, in quo in primis ostendit, christianas confessiones in praecipuis capitibus convenire, et in minus essentialibus duntaxat discrepare. Finito solenni sacro, tres catholici sacerdotes protestanticum muneris collegam ad altare deduxerunt, ubi hic, notus parochus Snell, in ornatu suae confessionis adlocutionem teneritudine plenam habuit, et ad continuandam fraternam concordiam hortatus est.“ v. \* e G. B.

*Quanta hodie plerumque Paginarum publ. in viribus confidentia ac temeritas!*

Quaedam e compluribus illis paginis, quibus „liberalis judaismus“ Germaniam hodie inundat, de Hannovera haec habent: „Nostra fundamentalis civitatis lex salva praestita est, salva per ephemerides!“ (Risum teneatis!) — Enarratur dein, quem ad modum ephemerides, in primis australis Germaniae, suas „vires et honestam existimationem“ comprobaverint, inertes Hannoveranorum animos e sopore excusserint, amoremque populi hannoverani erga constitutionem a deo obfirmaverint, ut ea jam nunc „moralem potentiam“ constituat.

Missa interim quaestione, an articuli hu-

jus auctor praestationes et efficaciam ephemeridum — eo intellectis naturaliter etiam suis — non forte justo pluris aestimaverit, et exaggeraverit, et annon hic etiam in illud a heroibus diei usitatum artificium — optatos eventus tamquam veros sistendi, — offenderimus, haec, inquam, velut parum ad rem conferentia omittamus, imo id quoque, quomodo se „moralis illa potentia“ habeat, praeterire possumus. At vero quam miserum esse deberet ingenii productum constitutio illa memorata, et quam ignava, omnis sensus et cogitationis expers, dicenda foret multitudo „Populus“ hannoveranus, si idem — postquam dicta constitutio quatuor annos in vigore fuerat — primum per meridionales germanicas ephemerides de praestantia ejusdem edoceri et in id impelli debuisset, ut eam strenue custodire velit! — Caeterum summa duntaxat malevolentia aut stupiditas potest depraedicare, conficto hoc resultato fundamentalem civitatis legem salvam praestitam esse. Etiam si de malevolentia taceamus, posito eo, (sicut evenit) quod instituto ad mandatum Majestatis Regis examine compertum sit, legem illam pro Rege vim obligantem non habere; insulsum omnino foret credere, Monarcham, qui sufficiente animi fortitudine pollebat, primum gressum faciendi, a secundo semet per clamores quarumpiam australium germanicarum ephemeridum, perque illum sinistrum fors effectum, quem in mentibus quo-



rumdam imbecillorum suorum subditorum facturus esset, deterreri se passurum. Quodsi vero alter casus evenisset, plus profecto fiduciae locassemus in honestate et justitiae studio unius germanici principis, quam cunctis ephemeridibus, quin idcirco arrogante tum vanae gloriae, tamquam triumpho, clamore tacti fuisset.

v. \* e B. P. W.

---

*Libertas contra libertatem.*

Altone in Statu Illinois sacerdos quidam, nomine Levejoy, a plebe trucidatus est, quia paginas quaspiam periodicas abolitionisticas, (i. e. de abolitione mancipatus agentes), quae jam semel desierunt, rursus edere conabatur. Plebs paginarum illarum, contra mancipatum directarum, cancellariam adsultu facto expugnavit, et in tumultu D. Levejoy et alter quidam vir glande trajecti sunt. Praefectus civitatis et politiae satellites impedire molimen conabantur, ast plebi, sanguinem sitiendi, resistendo impares fuere. Exitus rei ille fuit, quod prelum dictarum paginarum confractum et in fluvium Mississippi projectum fuerit.

v. \* e W.

---

*Soles artificiales noctu et ubicunque; seu noctu etiam plena dies.*

Professor Dumas Parisiis in novissimis suis praelectionibus instituto novo quodam ex-

perimenti genere magnam excitavit attentionem. Adfirmat scilicet, physicas cognitiones ad illum jam perfectionis gradum pervenisse, ut methodus, lucem solarem ea ratione producendi inventa sit, ut illa in oculos eadem prorsus efficacia agat, prout radii ipsi solares. Si scilicet, sicut ille asserit, conductor electricus magnae cujusdam columnae voltaicae per frustum carbonis traditatur, hic albo nitore candescit, talique luce resplendet, quae nulla alia ratione, neque ex ulla alia materia elici possit. Phosphori in gaz oxigenio combustio comparate ad hanc lucem, exilis duntaxat esse dicitur. Si memoratum hoc experimentum in aëre instituat, carbo revera comburitur, et consumitur; ast in spatio aëre vacuo nullam prorsus mutationem subit, neque comburitur, et tamen albe candens, quin vel atomum e substantia sua amittat, multo vividiorum diffundit lucem, quam in aëre. Ex hoc experimento jam ad novam, hucusque vigentibus quibusvis systematibus longe praefereendam, luminis producendi methodum concluditur, spesque est fore, ut gaz inflammabile innumeris parvis carbonum solibus locum mox cedere debeat.

v. \*

*Ill. Steph. Sztankovics A. Eppus Metropolita  
Gr. r. n. u. confirmatus.*

C. R. Ap. Maj. Stephani Sztankovics in A. Eppum et Metropolitam electionem b. confirmare dignata est. *H.*



*Adlocutio, quam Sanctissimus Papa, Gregorius XVI., obtutu exauctorationis Archi-Eppi Coloniensis die Dni (10. Dec. a.p.) in Consistorio secreto habuit.*

**Venerabiles Fratres!**

Dum intime conficeremur amaritudine ob afflictas passim ac pene prostratas Catholicae Ecclesiae res, atque eo loco positi, quo plorare mala non sufficit, curas cogitationesque omnes intenderemus ad contritiones Israëli pro tradita divinitus Nobis potestate sanandas, nova repente accessit doloris causa, quam sane profitemur eo Nobis acerbiolem accidisse, quo minus exspectandam existimabamus. Nec vero latere Vos potest, Venerabiles Fratres, quorsum ista referantur, et unde animum Nostrum subierit sollicitudo coetus vestri huc protinus advocandi. De re namque agitur minime obscura, neque ex privatis tantummodo nuntiis accepta, imo satis jam per publicas literas evulgata. Gravissimam querimus injuriam illatam nuper Venerabili Fratri Clementi Augusto Archi-Episcepo Coloniensi, qui regio jussu omni pastoralis jurisdictionis usu prohibitus, e sua sede per vim magnoque armorum apparatu ejectus, atque alio relegatus est. Inde autem tanta illi calamitas obtigit, quod constanter quidem paratus reddere Cae-

sari, quae Caesaris sunt, at memor officii sui de Ecclesiae doctrina et disciplina religiose servanda, non aliam sibi in mixtarum nuptiarum negotio proposuerit regulam, praeter eam, quae Apostolicis literis ad Archi-Episcopum et Episcopos in parte occidentali Borussiae regni datis die 25. Martii anno 1830 ab fel. mem. Pio VIII. Praedecessore Nostro fuerat declarata. Atqui tamen per ejusmodi literas Sancta haec Sedes suam eousque protulerat indulgentiam, ut ipsa verissime diceat illos attingisse limites, quos praetergredi nefas omnino sit. Cui profecto benignitatis rationi, exploratissimum Vobis est, commemoratum Decessorem nostrum aegre admodum inhaesisse, non aliunde quidem adductum, quam necessitate praecavendi funestiora mala Ecclesiae et Catholico illarum regionum Clero ex intentatis minis certissime obventura. Quis porro futurum putaret, ut Pontificia ista haec declaratio, indulgentissima licet et semel atque iterum per regium in urbe oratorem accepta, eo sensu adhiberetur, qui inconcussa Catholicae Ecclesiae principia perverteret, et hujus Apostolicae Sedis menti penitus repugnaret? Verum quod nemo unus fingere aut excogitare posset, quodque vel leviter suspicari crimen fuisset, id artificioso saecularis potestatis impulsu factum est. Vix rem non sine maxima animi molestia novimus, nihil distulimus, quin expostulationes Nostras, iis, ad quos pertinebat, deferendas committeremus,



una simul declarantes quanta Nos ex Apostolico munere teneret necessitas fideles opportunè monendi, ne illud ab Sancta hac Sede profectum arbitrarentur, a quo ipsa plane abhorreret. Cumque ita Nobis fuisset responsum, veluti nullo querelae Nostrae inniterentur fundamento, epistola accessit alterius ex praedictae regionis Praesulibus, qui instante morte redditurus aeterno Judici rationem villicationis suae, misso ad Nos apographo instructionis traditae ab Episcopis urgente civili Gubernio, accurate significabat se, damna gravissima exinde Ecclesiae oritura, laesosque illius canones, divinae gratiae lumine inspicientem, errorem, cui subscripserat, libera mente motuque proprio retractare. In curam proinde statim incubuimus, ut perlato ad Serenissimum Regem germano istius apographi exemplo, magis magisque innotesceret, Nos initam a memoratis Episcopis rationem interpretandi Apostolicas Praedecessoris Nostri literas, utpote Ecclesiae principiis ac legibus adversantem, omnino reprobare. Ex his pronum est Vobis intelligere, Venerabiles Fratres, nullam in ejusmodi negotio officii partem per nos fuisse praetermissam. Attamen (moerentes dicimus penitusque dolore percussi) Nobis plane insciis, et aequum ad has Nostras expostulationes declarationesque responsum adhuc praestolantibus, indictum Archi-Episcopo Coloniensi est, ut vel interpretationem illam per Nos impro-

batam circa mixtas nuptias sectaretur, vel episcopale munus dimitteret, patefacta, si secus faceret, Gubernii sententia de pastoralis jurisdictione ei prorsus interdicenda. Nec mora: ille, uti par erat, reluctantem, res ita contigerunt, quemadmodum initio perhorrescentes exponeremus. Atque hic adhibitam Nobiscum rationem attendite: non nisi enim prima die verentis mensis hodiernus Borussici Regni Negotiorum gestor nuntiavit uti proxime eventurum, vel eo ipso temporis momento perficiendum, quod jam a die vicesima prima superioris mensis factum consummatumque fuerat. Quae cum ita sint, illud, Venerabiles Fratres, Deo, Ecclesiae, ac ministerio quo fungimur, Nos debere sentimus, ut apostolicam vocem attollentes, ecclesiasticam immunitatem violatam, episcopalem dignitatem despectam, sacram jurisdictionem usurpatam, Catholicae Ecclesiae, Sanctaeque hujus Sedis jura pessumdanda palam in Coetu Vestro reclamemus. Id autem dum facimus, Viro omnigena virtute praestanti Coloniensi Antistiti redditam una pariter volumus meritissimam laudem, ob religionis causam ab ipso tanto cum sui discrimine invicte propugnata. Hanc vero nacti opportunitatem, quod privatim hucusque praestare non destitimus, publice nunc sollemniterque denuntiamus, Nos scilicet inductam perperam in Borussiae regno quamlibet praxim circa mixta connubia contra genuinum sensum declarationis ab Decessore Nostro editae pe-



nitus reprobare. Caeterum, malis adversus immaculati Agni Sponsam quotidie magis ingruentibus, non possumus quin Vos procurationis Nostrae participes pro eximia vestra religione ac pietate vehementer excitemus ad fervidas nobiscum preces Patri misericordiarum humiliter offerendas, ut respiciat propitius de excelso coelorum habitaculo super vineam quam plantavit dextra Ipsius, diuturnamque ab ea tempestatem clementissime propulset!

---

*Partes suas nosse primum cuique esto.*

Notum est, causam hannoveranam a vocatis et non vocatis plurimum jam agitatam fuisse. — Donec de opinionibus duntaxat depromendis agitur, et rationibus sinceris, in utramque partem adductis, inter privatos, partium studio alienos, disputatur, vitium et culpa utcumque abesse possunt: at vero in his quoque aliam privatae, aliam publicae vitae esse sphaeram ac rationem, neutiquam negari potest, et cui hanc posteriorem sustinendi voluntas aut vires desunt, ad illam (priv.) revertendum; retenta enim, quam publicum munus tribuit, auctoritate, adversus fontem ejusdem in arenam descendere, ea demum summa arrogantia est. — Septem Professores göttingenses, quin munus abdicarent, obliti, a quo illud collatum sit, contra edictum Regis de 1. Nov. repraesentationem quamdam, vel potius

protestationem concinnarunt et subsignarunt, quae omnibus viis ac modis divulgata est. De hac protestatione literae quaedam göttingenses sic scribunt: „Licet nihil unquam minus in consuetudine habuerim, quam in politica negotia me immittere, sensaque de iisdem publice depromere, amor interim in Regem et Patriam relate ad causam protestationis septem Professorum göttingensium exceptionem facere jubet. — Si DD. Professores Dahlmann, Albrecht, Jac. et Wilh. Grimm, Gervinus, Ewald et Weber rationes in patentibus Regis de 1. Nov. 1837. de invaliditate et sublata vi obligante legis fundamentalis regni suas facere nequiverant, existimabantque, validitatem ejus et vim obligantem porro quoque supponendam esse, seque religione juratae ad eam fidei deinceps quoque obstrictos credebant, tum religiosae huic conscientiae intimaeque suae persvasioni munus publici in Universitate göttingensi docentis, — a Rege sibi collatum — immolare, et apud Superiores suos, seu Curatorium Universitatis Hannoverae sui a regio munere dimissionem postulare debuissent. — Quid vero septem hi Professores egerant? — Datis ad Curatorium Universitatis die 18. Nov. a. p. literis (repraesentatione), „ad se, ut ipsi ajunt, ab omni conflictu, quem proxima quaevis hora adducere possit, securos praestandos“, rationes evolvere adnisi sunt, vi quarum memorata lex regni fundamentalis deinceps quoque, ut antea, valida et jure obligans habenda sit,



et ob quas nuncupato olim jurejurando porro etiam se obstrictos esse arbitrentur; at dimissio a munere ne syllaba quidem adtacta, tanto minus petita est. Repraesentatio itaque illa revera genus quoddam manifesti praesefert, quod septem, in regio munere constituti, viri contra suum Terrae Principem et muneris Dominum ediderunt.“

„Quisque a partium studio alienus concedet, dictam repraesentationem revera luculens inauditae arrogantiae documentum praebere; quum interim Domini Professores memorata repraesentatione sui a munere dimissionem obtinere in consilio nequaquam habuerint, ea ipsos irretitos fuisse oportet persvasione, quod rationes, quas, non interpellati, in repraesentatione sua explicuerunt, tantam vim habiturae sint, ut Majestas, quamprimum de iisdem edocta fuerit, ad retractandum suum edictum (patentales), quod post accuratissimam non nisi et religiosam undique rationum et adjunctorum expansionem edidit, illico permovenda sit \*). Talis profecto fides, talis persvasio

---

\*) Fors etiam more seculi nostri, — dum homines plerique, vires, auctoritatem, jura, potestatem suam in cunctis ferme rebus, supra quam convenit, aestimare consueverunt, — boni hi viri tantum effatis suis ac sententiae inesse ponderis imaginabantur, (sicut demagogi juvenis Italiae, Germaniae etc. somniare solebant), ut ad vocem suam regnorum orbisque terraquei fundamenta contremiscere debeant. Hodie quippe fiducia in juri-  
bus humani generis, alioquin potentis-

illis tantum viris propria esse potest, qui opinioniones et sensa sua semper meliora et certiora esse credunt, plurisque faciunt, quam cunctorum aliorum mortalium.“

„Verum enim vero consilia Professorum göttingensium, dum repraesentationem suam adornarunt, non solum eo fuere directa, ut Majestatem Regem ad alias cogitationes permoveant, sed multo adhuc graviora tentabant, si in primis credere licet, eosdem repraesentationis auctores ab hujus etiam divulgatione non solum in regno, sed in exteris quoque oris, mediate aut immediate, haud fuisse immunes. Quoad divulgationem quidem hanc illa adhuc circumstantia singularem meretur attentionem, quod publicae paginae gallicae, de consiliis Professorum göttingensium maturius edoctae fuerint, quam repraesentatio saepe dicta ad Curatorium Universitatis perlata fuisset. Quodsi Professores in hac divulgatione partem habuisse juridica certitudine evictum foret, tum vero una de conamine eorundem fideles Majestatis Regis subditos concitandi et sic motus ac turbas in regno ciendi vix quidquam dubii superesset, et divulgatores poenam justam, qua nempe leges delicta idmodi afficiunt, exspectandam haberent. Caeterum quomocunque divulgatio illa semet

---

simis, tanta est, ut non solum magni Themistoclis filius uxorque, sed lixarum etiam surculi mundum universum superciliis suis regere modeste arbitrentur!! \*



habeat — quod, ut sperare licet, instituenda investigatio in veram lucem collocatura est — mea quidem sententia, neminem regio munere praeditum, qui ambitum obligationum suarum e servitii ad Regiam Majestatem relationibus vel mediocriter noscit, in fide erga legitimum terrae Principem ancipitem reddere potest. Sola enim regia potestas munera confert, ei soli fides et muneris sacramentum nuncupatur, ideoque ab eo solo dependet, an publicos magistratus a nuncupati jurisjurandi obligatione e toto, aut in parte solvere velit. Itaque si regia Majestas altissimo edicto de 1-a Nov. a. p. munera regia gerentes a juramento muneris, in quantum illud ad fundamentalem regni legem anni 1833. extensum fuit, solvit, eadem manifeste pleno suo jure agebat, prout id quivis in publicis muneribus non penitus peregrinus admittere debet. — Quae vero est sententia Dominorum Professorum de relationibus publica munera gerentium ad Regem suum? Ut sensa eorum hoc obtutu cognoscantur, sufficit conclusionem saepe memoratae repraesentationis legere, quae in exemplari authentico, quod ante me habeo, sic sonat: „Quid vero coram Majestate Vestra Regia significaret fidei et homagii jusjurandum, si illud a tali nuncuparetur, qui nunc prorsus sponsiones, juramento firmatas, sceleste infringit?“ — Hac ratione quilibet servus regius, qui sui erga Majestatem Regem obsequii memor, a parte obligationis juratae per

Eundem se solutum credit, fidem scelestae violat!!\*)“

„Equidem, qui anterioribus, adhuc bonis temporibus culturam meam juridicam in acceptis refero, palam profiteri cogor, doctrinam

\*) Ex hoc principio facile aliquis etiam jubilationes, ad alia munera transpositiones, munerum subdivisiones et a parte officiorum relevationes, tamquam fidei juratae infractiones, damnare posset. — Quid vero dicendum de tenella idmodi „liberalium“ virorum conscientia, qui inde a primis revolutionum temporibus, et sub dominatu Napoleonis, toties dominos mutarunt, toties ad novas constitutiones, novas et heterogeneas munerum et obligationum partes fidem jurarunt; imo noviss. temporibus inde a 1820-1831 eversis jam saepius vetustis regnorum constitutionibus, earumque per compita columnis (in Hisp.) nova semper ab iisdem jusjurandi ratio exigitur, novaeque formae jurandi quotidie excogitantur; dum continuis et progressivis — ut clamor vulgi et popularis aura secum fert — reformationibus, fides quoque et jusjurandum varios, chamaeleonis instar, colores induit; dum per electores potestas legislativa datur et aufertur, per electos autem novae ad publicam notitiam constitutiones quotidie fabricantur (Hispania, Portugallia etc.). Qui poterat Professorum horum ac sociorum religiosa conscientia antea adeo sopita fuisse, ut nullum, dicto etiam 1833. in regno Hannoverae ad ita dictam novam legem fundamentalem novo iurejurando, remorsum senserit? Et viri hi integerimi nunc primum evigilant, religiosaque sensa et auctoritatem suam contra regiam potestatem in lancem — ut gladium quondam Brennus ad obtinenda majora Romae spolia — injicienda putant? \*



hanc temerariam omnino esse, et sortem studiosae juventutis in Universitate göttingensi sinceri animi miseratione dignam, si juris publici docentes hujuscemodi principia animis instillaverint, quibuscum civitates subsistere non possunt, quaeve futuris olim reipublicae magistratibus perpetuam ingratisimorum eventuum scaturiginem necessario constituent.“

v. \* e W.

*Regenerata Gallia in novissima Camera Deputatorum, cum respectivarum sectionum principiis repraesentata.*

Ephemerides Gallicae „Temps“ de 15. Nov. a.p. neoelectae Camerae deputatorum Gallicae secundum sectiones Principiorum sequentem dismembrationem ob oculos sistunt, inclusis, relate ad Loca, quae nondum Deputatos suos elegerunt verisimiliter triumphaturis Candidatis. 1) Puritana seu Radicalis oppositio habet organa 19. (electione anni 1834 totidem.) Principium: absoluta Majestas populi. Scopus: organisatio Regiminis in revolutionali spiritu, et introductio democraticarum status operationum. Factio haec faventes sibi habet Ephemerides: National, Bon sens, Monde \*). Typus ejus est: Garnier-Pagès. 2) Constitutionalis oppositio: Organa 56. (1834:62.)

\*) Ephemerides hae perhibentibus recentissimis relationibus cessarunt.

**Principium:** Majestas populi, verum in praxi per chartam 1830 coarctata, ast in theoria hanc transcendens. **Scopus:** applicatio potestatis Regiminis ad propagationem idearum liberalium. **Ephemerides:** Siecle, Courrier francais, Constitutionel, Commerce. **Typus:** Odillon-Barrot.— 3) **Sinistrum centrum** 142. (1834: 114.) **Principium:** Majestas populi in Theoria per rationem, in praxi vero per Chartam anni 1830 e pacto promanantem limitata, cum restrictione omnis politici progressus ad cancellos constitutionalitatis. **Scopus:** Corroboratio, et exaltatio modernae Dynastiae, independentia, et consolidatio potestatis Regiminis. **Ephemerides:** Temps (una et Messenger), dum et quando autem etiam Constitutionel. **Typus:** Dupin.— 4) **Ministerialis secta** 163. (1834: totidem).—**Principium:** Silentium de quaestione Majestatis, seu soverenitatis, prout et de quibusvis Juribus, et actionibus, chartam anni 1830 praecedentibus. **Scopus:** fortiter concentrata monarchia, concentratio politicae activitatis Regni in Rege et Gubernio. **Ephemerides:** Moniteur, Charte. **Typus:** Ministri.— 5) **Centrum dextrum, et doctrinarii** 64. (1834: 80.). **Principium:** Absoluta Souverenitas seu Majestas in ratione fundata, loco legitimitatis in Jure divino fundatae, cum exclusione principii Majestatis populi; dignitas regia, pro quibusdam ad id praevis destinatis Personis tamquam medium consequendae ad gubernandos



reliquos potestatis concepta. **Scopus:** potens organisatio proprietatis, et aristocratica classificatio Societatis, monopolium et pro quovis pretio manutentio potestatis, regressus ad tendentias, et instituta restaurationalia. **Ephemerides:** Debats, Presse, Journal de Paris, Paix **Typus:** Guizot – 6) Legitimistae 15. (1834: 18.) \*) **Principium:** Legimitas in Jure divino fundata, per inevitabiles concessionones temperata. Omnes libertates qua facticae solum, et de jure haud existentes, ideoque revocabiles esse enunciantur. **Scopus:** Restitutio Dynastiae senioris lineae Bourbon, et antiquae monarchiae. **Ephemerides:** Gazette, Quotidienne, Europe, France. **Typus:** Berrier.

Notandum nihilominus inter-medias sinistri, et dextri Centri, nec non ministerialium sectas reapse adeo, quemadmodum hic asseritur, in Principiis haud divergere. In luctis enim theoreticis, his distinctionibus minime detinentur, verum manutentio potestatis communis earum scopus est. Ex his tribus rubricis, ita exigentibus circumstantiis, universam status potestatem secure dirigens manus, sibi necessaria individua seligit, ut qua organa, et effectuantes supremae voluntatis serviant, nulla earum cum alterius remotione fovetur, neque e gratia penitus excluditur. v. \*

\*) Sectionem hanc in natione Gallica magis dilatam esse, atque in Camera ablegatorum repraesentatur, e numero faventium eidem Ephemeridum colligitur.

*Statistica Electionum ad novissima gallica  
Comitia.*

Paginae „Journal des Debats“ ferunt, numerum electorum an. 1831 fuisse 171.015; ex his 129.211 suffragia re ipsa dabant. — Anno 1834. erant electores 173.296, e quibus 129.339 suffragia dabant. — An. 1837. e 198.836 electoribus 151.720 jure suo electionis usi sunt. In novissimis itaque electionibus ultra  $\frac{3}{4}$  electorum ferebant suffragia. — E 459 ablegatis 310 e prioribus rursus electi. — E 149 priorum comitorum Deputatis non reelectis 23 in sylabum optimatum lecti, et 28 neque inter candidatos comparuere. Inter reelectos unus (Lamartine) in tribus locis electus, et 9 in duobus, ita, ut 11 electionum collegia denuo convocanda sint.

---

*Libertas preli et baculorum.*

Saepius jam factorum meminimus, quae sublimi — uti celebratur — culturae hodiernae decori haud cedunt, quae tamen necessaria quodammodo libertatis preli, tantis votis expetitae, consecraria dici possunt; licentia enim laedendi licentiam ulciscendi exposcere videtur. Unde haud mirum, Ducem Polonorum (Skrzynecky) Varsoviae in culmine seditionis libertatis (1831.) conquerenti de



acceptis verberibus cuidam redactori paginarum publicarum nihil aliud respondere potuisse, quam: „ubi libertas calami est, ibi libertatem etiam baculorum regnare oportere.“ Arduum quippe est, lege sancitam licentiam moralem, et inde illatam contumeliam morali tantum ratione ulcisci, quum saepe fieri possit, utis, qui bonam famam et existimationem alterius laccessit, ipse illa prorsus careat, nihilque, nisi dorsum, periculo exponendum habeat. Ipsi adeo, ante paucos annos, legislatores Galliae, e sessione prodeuntes, et sublimis muneris aestu adhuc pleni, ad fores palatii sui vibrare strenue baculos contra redactores pagellarum, eorumque insolentiam et illatam fors scribendi licentia contumeliam verberibus potius ulcisci, quam legibus refrenare, satius, et libertati convenientius esse putarunt. — Madriti die 11. Dec. sub finem sessionis comitalis inter Ablegatos Carrasco et Gallardo gravis contentio enata est, propter relationem pro majore comitiorum fractione contumeliosam, quam Gallardo in paginis „Castillano“ vulgavit. Et quoniam hic ad provocationem Dni Carrasco pro singulari pugna non comparuit, ab hoc dum ex oeco comitiorum prodiret, colaphis salutatus est. — Quod nuper quidam libertate aestuans redactor paginarum in Graecia, qui exteros milites contumeliose laccessiverat, fustibus parumper dedolatus fuit, vix jam singularem memoriam meretur (ajunt paginae Berolinenses), postquam ejusmodi eventus

Bruxellis, Parisiis, Madriti etc. pridem jam in usu sunt, et vim brutalem, jusque fortioris sensim reviviscere palam indicant. Plures jam, uti superiore anno Carrell, ipsa vita licentiae scribendi poenas dedere. At vero supra memoratus in Graecia eventus Regimen eo permovit, ut de modificanda lege preli serio cogitaret, et quidem ante omnia articuli, qui de injuriis et privatis contumeliis agit; grato profecto animo accipiendum, si praeter securitatem „civitatis“ tutosque magistratus, necessarium praesidium, quod singulorum quorumque externus honor et bona fama meretur, plenae oblivioni non tradatur.

v. \* e B. et P. p. W.

---

*Lamennais scribere non desit.*

Paginae „National“ e novo opere Domini Lamennais: „Le livre du peuple“, quod nondum prelum deseruit, duo jam capita communicat; opus hoc libri „Paroles d'un croyant“ continuatio haberi, et hinc ad internum ejus valorem conclusio formari potest. v. \* e B.

---

E p i g r a m m a

*d e c a m i n i p u r g a t o r e.*

Hunc, quisquis Criticen vis discere, consule  
major.

SCALIGERO criticus nullus in orbe datur.

---



Excellentissimo, Illustrissimo ac Reverendissimo  
Domino

**GEORGIO HAULIK,**

Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopo Zagrabieni, Abbati B. M. V. de Topuzka, Inclyti Comitatus de Berzencze Supremo ac Perpetuo Comiti, S. C. et R. A. Majestatis Actuali Intimo Status Consiliario ad Capessendam suam sedem per Varasdinum proficiscenti.

Obtulit

*Antonius Rosich,*

II. Hum. in R. Gymn. Varasdinensi. Prof., et I. C. cognom. Sedr. Assessor.

---

*Jam iam beatos meus mihi plenior*

*Ostendit Ortus, sol ubi pulchrior*

*Haec arva collustrat: Croatis*

*Tempora dum redeunt cupita.*

*Atque utinam ut vultus ita pectora cernere posses,*

*Aspiceres, quam sis ruris, et urbis Amor.*

*Mako L. II. El. 8.*

I.

*Qualem laetitiam blandior Eois*

*Titan (dum Boreae discutiens gelu*

*Tandem perplacidos iam revehit dies)*

*Pandit; — quodve melos ciet*

*Alti de roseis nubibus aetheris,*

*(Postquam flammigerum de pelago caput*

*Emergens radios dissipat aureos)*

*Jucundosque movet sonos:*

*Alveare Fasc. I. cursus sec.*

*Talis laetitia in occupat omnium  
Pectus, dum Ecclesiae sol oriens TUAE  
Adfulges hodie; et viscera cordium  
Percellit subitus vigor*

*Praeprimis humiles has Croatae plagas  
Dum tangis, — Resonat plausibus excitus  
Aether: mille piis TE excipiunt greges  
Votis, mille sequuntur his.*

*Pars figunt oculos Praesulis in novi  
Vultu; pars „Ades o blande, canunt, Pater!“  
Ibit rore dies laetior aureo  
Qua TU cunque feres gradum.*

*Curae rura TUAE credita gratior  
Dum nunc ingrederis, summa Benignitas  
Aequum Consilium, et provida Largitas  
Laetanti rutilant gregi.*

*Nam quem non recreet Lumen et Indoles  
Tam Cari Capitis, cui pietas, fides  
Et mores placidi praecipuum decus  
Pulchro foedere temperant? —*

*Nunc dilecte Deo Praesul amabilis,  
Et Vir Caesareo care nimis Throno!  
Virtus quo TUA TE pridem, ut eas, vocat,  
Felici sequeris pede;*

*Nec TE fata trahunt ferrea desidem,  
Nec TE caeca rapit visque cupidinis,  
HAULIK! certa etenim signa vocantia  
Invitantis habes Dei.*

*Hinc et multiplicem mox referet TUA  
Virtus magnanimis messem, et adorea*



*Constans mens pariet praemia; duplaque  
Curae commoda erunt novae.*

*Hinc et saepe Deos supplice nos prece, et  
Aris thuricremis devenerabimur,  
Ut TE Praesidium dulce Croatiae  
Servent incolumem diu.*

*Felici auspicio nunc proficiscere,  
Et, sponsae, semel, o redde fidem, datam!  
Nos TE mente sequemur comites viae, at  
TU vati tenui fave,*

II. \*)

*Felix Croatae metropolis pii  
Sacrata sedes Praesuleae Mitrae  
Zagrabia! atque almi Stephani  
Sancta domus superis dicata:*

*Jam laeta maestos ponito pectoris  
Luctus, acerbo iam statuas modum,  
Qui membra discerpit, dolori,  
Laeta dies fluit ista votis.*

---

\*) Dum Carmen hoc (Isitirion) communicare festinamus, non est opus adtentionem ad styli latii classicam puritatem et concinnam brevitatem, ad mutuum et gratum in eo cogitationum amplexum, ad svavem sensorum teneritudinem, verbo ad ea omnia reflectere, quae doctum solide calammum, et haud vulgarem ingenii produnt culturam, qua ejus modi opportunitate litare omnino convenit. — Excell. Eppus die 2-a Jan. Varasdinum adpulit et 4-a inde movit Zagrabiam, ubi 6-a introductio, et 7-a installatio celebrata.

*Magni doloris causa quidem fuit  
 Heu iusta, cordi quam gravis Atropos  
 Infixit, Alexandrum amatum a)  
 Dum rapuit, rapuitque Patrem!*

*At sponsa felix! quae populi canat  
 Quae musa plausum, dum innumerabili  
 Phalange stipans iamque sponsuum  
 Turba novum tenere salutat:*

*Non cuncta talem tempora dant virum,  
 Cui largus aether munere prodigo  
 Virtutis appetentem amorem  
 Sic animo indiderit sagaci.*

*Auguste divis edite Regibus  
 FERNANDE! dignas qui Croatae TIBI  
 Grates feremus? queis redonas  
 Patrem adeo cito, Praesulemque b)*

*Cunctis amundum, cui vidui gregis  
 Praecordiis est insita Caritas,  
 Cujus prius iusti tenorem  
 Consilium atque fidem probasti, c)*

- 
- a) Excellentissimus, Illustrissimus ac Reverendissimus Alexander Alagovich condam Episcopus Zagradiensis obiit die 18. Martii 1837.
- b) Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Georgius Haulik electus Episcopus Pristinensis, Praepositus Major et Prior Auranae etc. dignitate Antistitis Zagradiensis die 8. Mai 1837 adeoque 51. die a morte Antecessoris Benignitate et Clementia Regia ornatus est.
- c) Erat S. C. R. A. M. Consiliarius Aulicus, et ad Excelsam Cancellariam Regiam Hungarico Aulicam sex annis Referendarius.



*Nostrae saluti. Quam merito bonum  
Te Principem orbis! quam merito Tui  
Te subditi colunt Patrem, qui  
Recta tuendo beare gaudes.*

*TE TE GEORGI! Praesul amate Dis  
TE rara virtus per varios gradus  
Evexit ad sacri hoc ovis  
Fastigium auspiciis secundis:*

*TE Praesulum iam caetibus inserit  
Summe verendus nunc Latii Pater d)  
Qui totius mundi labascens  
Portat onus, veterisque Romae.*

*TE Caesar auget munere gloriae e)  
Inter coruscae fulgura purpurae  
Qui consecratus iamque sponsae f)  
Consiliumque humerosque nectis.*

*Est ampla moles ista quidem, et seges  
Ingens laborum, quos pariet TIBI  
Hoc purpuratum pondus: illa  
Major at ingenio TUO non*

*Evadet; ac quo crescit onus magis,  
Virtus TUA ardens crescit eò magis:  
Nam quid queas praestare abunde  
Tot TUA facta loquuntur orbi,*

d) Die 2. Octobris 1837 Romae praeconisatus.

e) S. C. et R. A. M. Intimus Status Consiliarius die  
22. Octobris 1837 denominatus.

f) Die 10. Decembris 1837 Viennae solenni ritu con-  
secratus.

*Speret quid a TE Praesule Patria,  
 Hoc pauperum isthinc vota docent sacra,  
 Illinc Juventus Patriae spes,  
 Praestita commoda dum revelat,  
 In TE Sacerdos Praesidium suum,  
 Et Literati suspiciunt Patrem,  
 Haudque ulla vixit Praesule aetas,  
 Sponsa beatior ulla sponso.  
 Non TE morabor, stet licet omnium  
 In fronte candor: Nam scio quam grave  
 Audire laudes sit modestis;  
 Quid modico liceatque vati:  
 At TU benignis cerne oculis, sacer  
 Stipetur ut cum plebe minister, ut  
 Sincera Divis vota pro TE  
 Hi, proceresque litent ovantes.  
 Demum sacram TU porrige dexteram,  
 Et cernuanti se benedic gregi,  
 Istud TUI nobis GEORGI!  
 Pignus amoris erit paterni.*

---

*Fragmenta hodiernarum Philippicarum.*

Notum est, multos hoc tempore dari, qui,  
 dum in ambone aestui popularis eloquentiae in-  
 dulgent — utut saepe nec uni satrapae impe-  
 rent — quo magis politicarum rerum ignari sunt,  
 tanto potentiores sibi videntur, tantoque auda-  
 cius amplissimis imperiis bellum indicunt, eti-  
 amsi tantum imprudentis multitudinis adplau-



sum rēportandi gratia. Imo sunt quidam, qui detonantes suas dictiones non tantum in extremo quovis orbis terraquei angulo clare exaudiri credunt, sed intime etiam persvasum tenent, ad eandem validissimorum regnorum fundamenta contremiscere. — An Demosthenis quondam eloquentia jugum Philippi et Alexandri M. a Graecia averterit, non est hic loci quaerere; id interim certum: Demosthenes hodiernos — quantum in iis est! — absoluto jure, aut potius omnem modestiam excedente dicendi licentia sibi arrogata, religioni haud quaquam ducerent cruentissima succendere bella, ipsamque patriam in abyssum calamitatum praecipitare, dummodo flosculis dictionum ac temeritate consiliorum gloriolam popularem emereri sibi liceat. Phrases ejusmodi in theatris nostris, bene aut inepte, frequenter a deo decantantur, ut quivis, qui spectacula frequentat — frequentant autem illa plures, quam collegia docta — facile sibi eloquentiae ejusmodi consuetudinem, quin longa Ciceronis et Quintiliani praecepta evolvere, et in iis desudare necesse sit, contrahere possit. Inde fit plerumque aevo nostro, ut — si in primis loci et tractandarum rerum gravitas e memoria dimittatur — multi jucundius esse putent, ejusmodi declamationes oratorum principum in conventiculis audire, quam in scenis ipsis theatricalibus recitatas. Multae hujus generis orationes sedatae olim posteritati conservantur, quae, ni diluvio earum obruatur, aliud profecto, quam

nos hodie, de iisdem feret iudicium. — At loquantur facta: D. Th. Attwood, unus ex ita dictis radicalibus ad comitia Angliae hodie ablegatus, seu repraesentans, in flumine perorationis suae contra protensam Russiae potentiam die 14. Dec. a. p. inter caetera haec protulit: „Multum equidem vereor, ne sub administratione Dni Melbourne ad amarum humiliationis et ignominiae calicem ultimam usque guttam ebibendum damnati simus. Respicite, quaeso, Asiam! Tschercassia (Circassia), porta illa orbis antiqui in discrimine versatur russicae dominationis subeundae. Non est mihi in votis, ad bellum, omni felicis successus spe destitutum, nos urgendi; existimo tamen, Circassii, populo strenuo et nobis semper amico, \*) exiguam opem nostram sufficere, ad jugum russicum excutiendum \*\*). Quaero ab illustri Lord, an nobile hoc regnum communi omnium hosti in praedam relinquendum veniat, quin vel brachium ad illud protegendum elevetur?“ — (Salva nempe, hoc non obstante, al-

---

\*) En sympathiam cum Circassii!

\*\*\*) Placidissima sane conservandae pacis et bonae fidei principia! expugnare arces (Antwerpia), occupare praesidio portus et munimenta (Ancona), succendere urbes (Hafnia), comburere classem (Navarin), administrare arma et bellicum adparatum seditiosis (Vixen) tandem vero classe aut exercitu auxilio adesse hosti; at vero haec omnia pacis et amicitiae specie servata, ne is, contra quem haec fiunt, de rupta fide conqueri possit!



ma pace!) — Orator dein ad eventum navis Vixen oratione divertit, repetitis illo obtutu querelis saepius jam suscitatis. „Angliane — inquit — fastu in imbecillos insolens et ignavia diffluens coram fortibus futura est? Liceat sperare, alienum hoc esse indoli Angliae. Equidem persvasum teneo, populum Angliae idem mecum in hac quaestione sentire, sed, proh dolor! sensa sua coram Europa profitendi mediis destituitur. Prelum quippe, ut nemini ignotum, instrumentum factiosorum effectum est. Aliae ephemerides factioni Tory inserviunt, aliae factioni Wigh, aliae Radicalium placita sectantur, at nullae earum sunt vera populi anglici organa (?). Inter haec rerum adjuncta partium mearum esse arbitror, populo inclamare, ut tandem ad impendentia eidem pericula e sopore expergiscatur. Quid enim,serta lauri — haereditas haec 7 aut 8 seculorum gloriae, quam praestantiores, ac nos simus, viri pepererant, circa tempora nostra flaccescere vel per frondes inde decidere patiemur? — Et qui caesareum heroem, Napoleonem, e throno praecipitem egegimus, ab urso russo nos devorari patienter feremus? — Erat quondam celebris historiarum scriptor, nomine David Hume, praeclarus una radicalis ad comitia ablegatus, qui Angliae humiliationem praedixit: eam quippe aere alieno suffocatum iri adfirmavit; at vero addidit: „exterarum nationes veterem gloriam nostram adhuc aestimaturas, et ideo in virium

suarum ac praepotentiae fiducia aliquam saltem insolentiae moderationem erga Angliam testaturas.“ — His verbis David Hume hodiernas nostras ad Russiam relationes plene omnino adumbravit. Memini adhuc, illustrem quemdam Lord ante aliquos annos, dum membrum hujus curiae esset, dixisse: „Britanniam in syngraphis super 800 millionibus l. st. semet de bello non suscipiendo obligasse“; ad haec vero alium quemdam ablegatum exclamasse: „Deo se, quod ita sit, gratias agere“.— Ego autem Thomas Atwood, quod me concernit, Deo grates pariter ago, quod tum, dum honorandus ille Ablegatus talia effatus est, cum solido fuste aut grandi malleo ad dorsum ei non adstiterim; nunquam enim deinceps gratias Deo egisset. \*) Quid enim vero curia haec de ingente quodam obaeso stulto diceret, qui juxta ripam fluminis ambularet adpensa ad dorsum charta, cui haec inscripta essent: „Crumenae meae pecunia refertae sunt, cor autem ignavia tabescit, agrediamini secure, verberate, et spoliare me, nec digitum quidem in mei defensionem sublaturus sum.“ \*\*) Tamen hoc idem tam factio Wihg,

\*) Itaque D. Th. Attwood fustibus et clava populum repraesentat!

\*\*) Contentio illa hodiernorum publicorum oratorum, qua sententias et phrases, in quibus aliquid ingeniosi acuminis inesse putatur, sprete saepe rei, et argumentorum gravitate in medium proferre gestiunt, tam manifesta et in oculos incidens est, ut singulariter ad id reflectere opus haud sit.



quam, et Radicales nomine John Bull (Angliae) deprompserunt. Et revera inter omnes factiones, quae hodie Angliam veterem huc illuc agitant, Tory, Wigh et Radicalium, hi pessimi sunt infensissimi patriae inimici (audite!!). Ipse ego radicalium unus hoc adsevero; quoniam in gravissimis quibusdam capitibus, a caeteris radicalibus meis fratribus discrepare me existimo. Illi enim libertatem et reformationes inclamant, ego contra talem pro regno postulo libertatem, quae unum quemque in eam collocet conditionem, ut labore suo honeste vivere possit (fors e rapinis!). Hoc ego, non vero solam Aristocratiae eversionem postulo. etc. etc. \*

---

*Contradictiones ita dicti philosophici Juris publici, cujus fundamentum pactum sociale statuitur. \*)*

### C a p u t I.

Si illa est indoles ac proprietas erroris, quod sibi ubique et semper contradicat, tum

---

\*) Cum dissertatio haec non modo eandem nobiscum foveat sententiam, sed etiam ea, quae passim et singulariter in responso (Fasc. Alv. IV. p. 152. et sequ.) enunciavimus, principia uberius et simplici quadam ad intellectum ratione evolvat, fontemque publicorum malorum aevi nostri indubiis rationibus redarguat, eam b. Lectores nostros lubenter lecturos confidimus. \*

profecto jus publicum, philosophicum dictum, verum esse nequit. Propugnatores ejusdem, qui se prophetas humani generis venditant, qui progressum rationis suae, et intellectualis politici luminis depraedicant, dicere tandem aliquando nobis deberent, quidnam doceant, quidve nobis credendum sit. Hoc enim vix quisquam, adtentissima licet innumerorum scriptorum hujus generis lectione, detegere et mente assequi valet. Omnes quidem jam claris jam obscuris verbis loquuntur de statu primaevo naturali, quem homines sponte ac libere reliquerint; de contractu sociali, de translatione (delegatione) potestatis per populum, itaque de originaria populi majestate (potestate suprema), denique de constituta artificiali societate civili, qua jura hominum melius, quam antea, sarta tectaque sint. Quamprimum vero agitur de explicanda hac idea, de asserto ipso demonstrando, aut vero de elucubrando duntaxat adhibitorum verborum sensu: nullus horum philosophorum seu cum caeteris, seu secum ipso consentit. Si quaeratur ab iis ante omnia, quis sit status naturae, et quomodo is comparatus fuerat? jam nihil certi, quod intellectui satisfaceret, respondere norunt. — Quidam eorum adseverant, naturalem hunc statum esse prorsus antisocialem, dissolutum, absque omni inter homines nexu mutuo, esse statum perfectae libertatis et aequalitatis; alii contra adfirmant, statum illum omnino socialem fuisse, et singulas



adminus familias, vel forte etiam ampliora communionis vincula varii generis in se comprehendisse. Secundum quosdam status naturae olim, utut nesciatur quando, revera existit; contra, secundum alios status naturalis est tantum hypothesis quaedam juridica, praetensive necessaria fictio: quasi secus explicari nequiret, quemadmodum familia quaedam coalescere, vel alteri semet adjungere potuerit. Dein naturalis hic status, socialis aut antisocialis, verus aut putativus, jam juribus et omnis securitatis expertus, jam vero lege naturae et pactis privatis ita ordinatus sistitur, ut diuturno tempore existere potuerit. Hobbesius illum statum fuisse perpetui belli — omnium adversus omnes, ac proinde etiam mulierum contra viros, et liberorum adversus parentes suos — statuit, dum contra concivis ejusdem Locke et alii complures philosophi, e. g. Böhmer, Puffendorfius et alii, in eo statum pacis conspexerunt, qui pluribus ex obtutibus ipsi statui civili praefendus fuerit, ubique tamen libere derelictus sit. E placitis Hobbesii et Rousseau homines, eo comprehensis etiam feminis et infantibus, inter se aequales fuere non modo juribus, sed etiam viribus, et inaequalitas per civilem duntaxat societatem introducta est; cum interim Siyes et plerique recentiorum adfirmant, civiles societates initas fuisse ad aequalitatem jurium adversus naturalem ac invisam inaequalitatem sustentandam. — Quando autem, et quo tem-

pore sunt homines e statu naturali egressi? Maturae nimis, ajunt quidam, pervetustis atque ignotis antiquitatis primordiis, statim ab incunabulis fere mundi. Minime vero, repouunt alii, imo multo serius, et nonnisi post depravationem morum, aut post intellectualis culturae progressum, fere eodem modo, sicut conflata contra incendia securitatem praestantia instituta post frequentes incendiorum devastationes tandem excogitata sunt. Denique philosophi neque de eo quidem inter se conveniunt, an bene aut male actum sit ab hominibus, statum naturae deserentibus? an institutio societatis civilis felicitas aut infelicitas habenda? et altera recentiorum sectarum philosophicarum, Weiszhauptiana, docet, nos quidem e statu naturae excessisse, in eum tamen regrediendum nobis esse; altera ex adverso, Kantiana, adseverat, nos actu adhuc in statu naturae constitui, eum tamen relinquere opus esse, ut nunc primum, aevo hoc nostro, civiles seu constitutionales societates erigantur.

At vero hae opinionum varietates et contradictiones multo adhuc magis adcumulantur, quamprimum de ipsa unione civili, de famoso illo contractu sociali sermo vertitur. — Quale illud pactum? inter quos? quo scopo? sub quibus conditionibus initum? De his philosophorum opiniones in infinitum rursus va-



riant. Hobbes, Locke, Rousseau\*) et plures alii existimant pactum illud olim apud omnes populos revera existitisse, quamquam historia, quae tot civitatum originem describit, de pacto tamen hoc nullam prorsus mentionem faciat. At vero, prout Locke queritur, diplomata periverunt, aut a regibus sublata sunt, licet collatae sibi potestatis atque juris titulos legales praestiterint, ac proinde omni cura custodienda potius fuissent. Alii quidem confitentur, contractum socialem, quemadmodum etiam praetensum anteriorem statum naturalem, hypothese tantum esse, historiatarum testimoniis adversam; adstruunt tamen, illum, velut conceptum rationis (a priori), ideo admittendum esse, quia factum et jus unum idemque haud sunt. Hac ratione e. g. rami e trunco, et frondes e ramis arborum prodeunt, istud factum est: ast jure truncus potius e ramis et frondibus prodire deberet, quia hae numero sunt potiores.

(Continuabitur.)

---

*Numerus mortuorum, natorum et matrimonio junctorum Posonii 1837.*

Decursu nuper conclusi anni in gremio peramplae Parochiae L. et R. hujus Civitatis

\*) Hujus contradictiones jam pag. 164. Alvearis Fasc. IV. indicavimus; quid enim est aliud locus ibi citatus de pacti illius conditionibus: „que bien qu'elles n'aient peut-être jamais formellement énoncées!“

computando mortuos in Váralja, in infirmariis V. Misericordianorum, ac Elisabethinarum nisi 781 in Domino obivere, quippe 199 viri, 179 foeminae, 192 pueri, 211 puellae, e quibus cunctis 376 coemeterio pauperum illati; perpendendo omnium defunctorum exiguum atque gratis sepultorum omnino magnum numerum, concludere oportet, aliis annis grassantes infirmitates multis opulentioribus atrocibus, hoc miseris perniciosas fuisse. Fonte S. Baptismi regenerati 803, utpote 410 masculini, 393 sequioris sexus. Sacramentalem matrimonii statum inivere 201 paria, quorum 28 erant mixtae Religionis. C. M.

*Ill. Jos. Lonovics Sup. Schol. et Stud. per Distr. M. Varadin. Director R.*

Caeo-Regia Apost. Majestas die 2. Jan. a. h. Josephum Lonovics Eppum Csanádiensem Districtus M. Varadinensis Superiorem Scholarum et Studiorum Directorem Regium b. denominare dignata est.

*Promotio grad. in M. Capitulo cath. Colocensi.*

Eadem SSma M. in cath. Capitulo Colocensi Franc. Wagner Praepositum S. Pauli de Bács — Canonicum Custodem, Georg. Girk Archi-Diaconum Cath. — Praepositum S. Pauli de Bács; Jac. Rein A. D. Bacsensem — Archi Diaconum Cath.; et Joan. Nehiba A. D. Tibiscanum — Archi Diaconum Bacsensem b. nominare dignabatur.



*Contradictiones ita dicti philosophici Juris  
publici, cujus fundamentum pactum  
sociale statuitur.*

(Continuatio.)

Rursum alii, uti exempli caussa Böhmer, contractum socialem aequè pro fundamento systematis sui assumunt, una tamen declarant, eum nec existere, necre ipsa cogitari posse. — Pactum hoc jam a singulo quoque libere, uti Sieyes concedit, in initum fertur (ac proinde, ut quique, qui in illud consentire nolebant, priorem libertatem retinere potuerint, et gallici e. c. regis asseclae, quibus magna 1789. proposita civilis communitio minus arridebat, superfluaque videbatur, jure gavisi fuissent, extra illam manendi) sententia haec rationabilis esse videtur, principiisque juris generalibus accommodata, verum enim vero illa sola adhuc difficultas solvenda restat, quae ratione ii, qui socialem contractum adoptarunt, et illi, qui eundem repudiarunt, tranquille penes se invicem in eodem regno vivere possint; jam item, uti alii volunt, contractus socialis vi et coactione locum obtinere debuit, neque eidem ullus semet subtrahere potuit, ut ut individualis cujusque voluntas suprema semper lex habenda esset; si enim quispiam e contractu sociali alienus maneret, secundum

Kantii doctrinam, nulla justitia, nulla in orbe terraqueo pax esse posset; extraneus quis, qui extra pactum sociale inveniretur, una extra legem positus ac proinde hostis habendus foret, quia nullum de se securitatis vadium praestitisset, itaque necessaria quadam ratione, omnes orbis terraquei partes unam duntaxat civilem communitatem constituere deberent, sicque ad libertatem hominum tanto securiorem reddendam nullus mortalium in hoc mundo liber esse posset. Ob hanc causam nostris temporibus cunctos homines, quantumvis invites, in similes civiles communionem cogere placet, cogitatio, quae in nulla hucusque republica suborta fuerat; et re ipsa secundum talia principia haud sufficit incolas forte unius cujuscumque regni, qui eandem linguam loquuntur, per eundem contractum sociale conjungere, sed oportet necessario cunctas orbis terraquei nationes in eundem contractum compellere, adeoque universalem Anacharsis-Cloutzii rempublicam erigere, cujus metropolis Londinum, aut Parisii, vel fortasse africana, magis in meditullio universalis hujus republicae civilis sita, urbs Tombuctu haberetur.

Caeterum inter quos est contractus ille socialis initus? Quidam respondent, inter populum et principem; iste itaque jam praexistere debuit, ubi tamen primum pacto illo creandus fuerat. Alii contra opinantur, contractum hunc sociale singulos duntaxat cives, ceu pacti participes, inter se jungere: esse



pure connexionem multitudinis, pactum communitatis inter dispersa, aequalibus juri-  
 bus pollentia, atque adeo inter se ignota in-  
 dividua, quamvis ad pactum ineundum, ante  
 omnia necessarium esse videatur, ut contra-  
 hentes mutuo se invicem noscant. Perpenda-  
 mus autem, quaeso, tantisper, quam indis-  
 solubile illud pactum sociale sit, et quam va-  
 ria sub forma identidem hodie renascatur! —  
 Siquis libertatem sibi sumat asserendi: rela-  
 tiones sociales dependentiae ac servitutis quo-  
 vis tempore, ipsa rei natura partim, partim  
 privatis contractibus efformata esse, hodieque  
 adhuc efformari; bene hoc quidem, respondet ei  
 quidam modernus recensens, atque cogitatio  
 haec satis etiam ingeniosa videtur; atvero com-  
 mune duntaxat punctum transsectionis  
 omnium horum pactorum privatorum sumendum  
 tibi est, inquit, et hoc facto genuinum et ipsis-  
 simum contractum socialem habebis. Ob-  
 ligationum itaque inter duo individua, et pa-  
 ctorum communionis cum omnibus hominibus  
 eadem est ratio? et dum camerarius meus de  
 conditionibus mecum convenit, sub quibus ser-  
 vitium apud me suscipit, una contractum so-  
 ciale cum meis redemptoribus (arendatori-  
 bus), bonorum administratoribus cum omni de-  
 nique reliquo famulatio pangit, et hinc luce me-  
 ridiana clarius sequitur, homines hos omnes  
 simul sumtim potestatem legislativam in domo  
 mea constituere. — Praeterea, estne licitum,  
 ab isto sociali foedere recedere? Omnino, in-

quiunt nonnulli, secus enim perpetuus foret mancipatus; nequaquam, reponunt iterum alii, illuc enim consensus mutuus requiritur; alii rursus illius sunt opinionis, nequidem consensus hunc mutuum ad dissolvendum sufficere, quoniam contractus socialis indissolubile matrimonium sit; et rursus alii adfirmant, socialis hujus matrimonii dissolutionem principi haud quaquam, ast populo licitam omnino esse; quoniam, ajunt, populus non contrahit cum suis plena potestate instructis (Principibus), sed iis tantum mandata aut praecepta impertitur, et pro se semper in statu naturae perseverat, licet eam reliquisse dicatur.

At vero, qui sunt in specie paciscentes in sociali contractu, sive demum ille inter principem et populum, sive inter singula individua initus sit? quinam sunt genuini cives, qui spectant ad populum, qui non item? De his etiam quaestionibus quot capita, tot sententiae philosophorum. Consequentissimi omnium, Condorcet, Marchio à Villette, Dna Woolstoncroft, Professor Behr Herbipoli, et alii plures etiam feminis atque puellis suffragia tribuunt ideo, quia etiam hae homines sunt, ideoque cunctis juribus humani generis gaudent oportet. — Atqui hoc fieri nequit, inclamant alii; mulieres et puellae sane a viris et patribus suis dependent; quid imo, illae certis etiam circumstantiis certisque conditionibus quandoque obnoxiae sunt, per quas quibusdam saltem temporibus exercendis juribus su-



is politicis, gerendisque publicis muneribus impares redduntur. Ergo feminae e communibus juribus civilibus excluduntur, et sic pars dimidia humani generis ad perpetuum ita dictum mancipatum damnata est; proinde vetus ille magnificus naturae status mulieribus, earumque libertati favorabilior esse videtur, quam constitutionalis; utut enim in eo communiter a viris dependeant, utpote, quae in regula illorum ope atque protectione magis indigeant, nonnunquam tamen e clientela ac tutela emergere possunt, et tamquam viduae, vel filiae, magna haereditate dotatae, potentes atque liberae evadere; nec desunt exempla, quod complures earum ingente splendore et gloria in magnam virorum multitudinem dominatae fuerint. — At vero nec sufficit, — interponunt rursus alii — feminas et puellas e contractu sociali arcere, etiam masculi liberi patrum subsunt auctoritati, neque jura politica exercendo sunt; itaque etiam hi excludendi, et primaeva civilis communitas ad solos adultos viros restringenda, ubi praeterea adhuc determinandum restat, quandonam plenus rationis usus obtineatur, quam quis aetate patria auctoritate solvatur; quisve in hoc iudicem agendi jure polleat, siquidem nullus adhuc legislator, nulla superior auctoritas adesse supponatur. — Equidem solvam vobis difficultatem, interloquitur quartus: Internas quippe familiarum correlationes prorsus linquere debetis, quoniam praeter majores minoresque

infantes dantur in statu naturae varii praeterea famuli, qui vel ob necessitates suas, vel libera conventionem pariter a suis dominis et magistris dependent. Jam vero facile intelligere potestis, pactum sociale nec inter servos solos pangi posse, quia illud ipsis inutile foret, sed neque inter dominos et servos simul, nam libertate mutuo sibi inaequales essent, dominique potentiores cum frequentissimo famulatio grave, et caeteris concivibus (paciscentibus) noxium praepondium nanciscerentur; evidens itaque est, originariam civilem unionem inter solos patres familias consurgere potuisse. — At vero, nec tu rem acu tetigisti, inclamant permulti philosophi: natura difficilis viam nobis iterum obicibus praestruit, et novas perpetuo dependentiae correlationes progignit. Saepe enim in una eademque familia complures eodem tempore vivunt generationes; unus idemque homo uno respectu filius, et altero pater est, ad qualem tum ex ambabus classem referendus erit? Suntne vidui, et omnes, qui nec uxores, nec liberos habent inter patres familias censendi aut minus? Caeterum dantur et conjuges, subditi ac servi, et tales, qui vitae media a dominis merentur, quin apud eos domicilia habeant, quive pro se rursum uxore, liberis, imo fortassae etiam famulatio provisi sunt, qui itaque pari ratione patres familias, domini et simul servi sunt: secundum quam horum proprietatum sunt politica haec amphibia consideranda? Si ea ad



contractum socialem recipitis, heros ac servos iterum commiscebitis; si contra inde arcebitis, tum falsum est principium vestrum, quod originaria societas civilis ex omnibus patribus familias conflata fuerit; et sic manifeste comprobatum manet, contractum socialem inter solos dispersos, independenter viventes terrarum possessores, seu familiarum principes, i. e. verbis aliis inter *cives* ipsos et principes locum habere potuisse, ac proinde et reges hos in statu naturae jam existere debuisse, cum tamen e supposito vi primum pacti socialis creandi fuerant. Nam, ut Puffendorfius ait, feminae, liberi et servi, tum pure coloni atque peregrini non sunt *cives*: quin tamen determinaret, quinam sub ultimis tribus classibus intelligendi veniant. — Sidney magnis duntaxat vasallis jura civium tribuit, quamquam et hi subditi ac servi sint, quoniam feudi dominis e grati animi sensu pro beneficio accepto fidem auxiliumque militare sponponderant. — Sonnenfels contractum suum socialem per dispersos duntaxat et independentes patres familias; Schlosser per illos, qui alias pari aequae ac Caesares libertate pollebant, adeoque per reges ipsos iniri jubent, horum sententia pactum sociale feminas, infantes ac famulos haud protegit. Kant e populari civitate seu unione civili cunctos illos exclusos cupit, qui non plene sui juris sunt, sed sustentationem suam (i. e. alimenta et protectionem) ab aliis accipiunt, itaque, si regula haec stricte sumatur, rursum reges

duntaxat et principes pro pacto sociali apti remanent. — Quid autem permoveret hos ad contractum sociale in eundem? Quivis eorum suos et naturaliter sibi subiectos tuetur, eorumque auxilio aut amicorum ope se quoque tueri potest. Cur, quaeso, se absque necessitate, absque utilitate majori numero sibi aequalium subicere, suam libertatem, potentiam, opes immolare praeferret, ut sic, alter sibi imperare, seque, si ita libuerit, etiam opprimere possit? Singulare prolecto libertatis systema, ex quo necessario sequitur, neminem in orbe terraqueo liberum esse posse.

## C a p u t II.

Postquam infinite varias philosophorum sententias de statu naturae, de contractu sociali et de paciscentibus exposuissimus, ad metam laboris nequaquam adhuc pervenimus. Quaeritur quippe ulterius, quisnam sit scopus civilis hujus unionis seu pacti? Quaevis enim plurium hominum associatio aliquem saltem scopum praefixum habere debet. In hoc capite philosophi varie rursus dissentiunt, licetque ignorent, quando et per quem socialis eorum contractus initus sit, praeterea nec id quidem adcuratius norunt, in quem finem deserviat? Ad jura secure praestanda, clamant advocati et juris consulti, ad leges ferendas; acsi antea nec jus naturae, nec obligans voluntatis unilateralis declaratio, nec conventiones



bilaterales exstitissent, tres agendi regularum classes, quae tamen omnes leges necessarias in se comprehendunt. — Ad communem prosperitatem, publicamque felicitatem promovendam, ajunt sapientes seculi, et publicarum rerum periti, quamvis felicitatem hanc quilibet in alio atque alio collocatam velit, eaque individualem libertatem, et jus cujusque stricte sumtum immolare jubeat. — His impopulatio major, illis agricultura, velut omnium fortunarum terrestrium fons, scopum civitatis constituit, quasi absque pacto sociali nulla prolis generari, nullumque aratrum duci posset; cum tamen placitis novae scholae philosophicae, quae materialibus fortunae opibus contemtis, sublimiores ideas se consecrari ostentat, civitas idcirco coaluisse adseveratur, ut cultura intellectus ac morum, humanitas, naturaeque humanae dignitas progressum faciant; verba mere ambigua, sub quibus hominum ab omni spirituali aut seculari potestate, i. e. ab omni consilio, ab omni superiori ope, independentia, seu imaginarii status naturalis restauratio intelligitur, hac itaque ratione scopus unionis civilis in eo consistit, ut se ipsam subruat, atqui in hocce casu prudentius fuisset, eandem neque pangere.

Supponamus interim, quod pactum sociale pro hoc vel illo scopo initum sit, per id tamen adhuc nihil actum. Adhuc duo alii contractus sunt necessarii, scilicet pactum sub-

jectionis et constitutionis, i.e. translatio et coordinatio, seu circumscriptio potestatis civilis. Hoc respectu infinitis rursus philosophicis opinionibus lectores nostros exhilarare possumus. Qui etenim fieri posset, ut diversae non sint opiniones, quum systema totum, uti plerique ejusdem asseclae fatentur, pura fictio sit, ac proinde quivis eodem jure phantasiae suae frena in fingendo laxare possit. Populi etenim cuinam crediderunt supremam suam potestatem, aut cui eam tradere oportet? Potentissimo? — absit, hoc enim pacto idem adhuc fortior duntaxat fieret, pluraque obtineret media, cives caeteros opprimendi, quin imo, fortioris potius potentiae vitandae studio pactum sociale ictum est. — Sapientissimo fortasse et optimo? at quomodo is dignoscendus, quidve ei sapientia absque viribus? Scire ac velle haud sufficit, etiam posse necesse est. — Unusne solus, aut plures, vel major omnium numerus suprema potestate ornandus? — Quaevis harum trium formarum habet sua incommoda, et tamen asseclas plurimos. Quae earum fuit originaria et omnium prima? Quaestio, quae historica omnino esse videtur. Utrum e monarchia ad aristocratiam, et hinc ad democratiam transitus factus, sicut Böhmer et omnes ii, qui historiarum documenta plene respuere nequeunt, existimant; aut vero primaeva fors democratia successu temporis sensim in aristocratiam et deinceps in monarchiam degenera-



vit, seu demum usurpatione magistratum rei-publicae, vel vero, quemadmodum Sonnenfels adserit, fors ipsi populi, per complura vana tentamina lassi, tandem ideale quodpiam socialis ordinis in familiarum constitutione ac systemate quaesivere, ita, ut melius facturi fuissent, si in statu naturali perseverassent, in quo scilicet per se regimen tale familiarum jam olim invaluit, nisi quod a multis, minusculis ejusmodi civitatibus familiarum exordium factum sit, quarum jam haec, jam alia crescere et augeri potuit.

(Continuabitur.)

## *E U C H A R I S T I C O N*

stylo lapidari

*ad exemplum Consiliarii olim Aulici*

*Birkenstock.*

Viro immortalis

Rudolpho Vivenotio,

Regni Hungariae praenobili Indigenae,  
miro Istius omnium Ordinum consensu

una cum Germano

in municipem Eorum

nuper recepto.

Artis Machaoniae

alteri

Chironi, Podalirio, Epidaurio,

clari paterni nominis  
 Dominici Vivenotii  
 adhuc in adolescentia  
 aemulatori dignissimo.

Iste,  
 — quod omnis hodieque praedicat Europa —  
 in aegram trahendis animam  
 Francisci Caesaris Augusti  
 tenuia vitae stamina  
 protensam diram Parcae manum  
 et minacem forcicem  
 truce pariter et minace vultu  
 extentaque dextera  
 propulit, retorsit, avertit.

Patremque  
 trepidantibus heu! metu et horrore populis,  
 postea gaudii magnitudine ebriis  
 in aliquot adhuc habendum lustra  
 reddidit. \*)

At Tu mi Rudolphe!  
 gnatum mihi unicum —  
 — Parcite boni omnes presso heu nimium pa-  
 tris pectori! —  
 parcite quaeso,  
 cognatos eventus,  
 quamquam giganteo utrinque sortis discrimine,  
 juxta sese ponenti! —  
 Tu, inquam, adorate mi Rudolphe!

---

\*) Hic alluditur ad numum memorialem ea occasi-  
 one proculsum.



gnatum mi unicum,  
 procul a lare paterno  
 Vindobonae morantem,  
 ferali viscerum ardore correptum,  
 — nil proficientibus quinquagenis sangvisugis  
 nil bis incisa saliente vena —  
 tristem a contribulis tuis jam relictam  
 Cymbae Charontis victimam  
 ausu prorsus heroo,  
 tertio tandem phlebotomi ictu  
 ad vitam revocas!  
 langventique et effoeto patris sinui  
 solamen pene unicum, jam jam ereptum,  
 restituis:  
 noctes ad pulvinaria ejus pervigil  
 foves:  
 doloribus nuper pene exanimem,  
 nunc exangvem et exhaustum viribus,  
 blandidicis mulces alloquiis;  
 fulcis, restauras, erigis.

O mihi si beatæ Arabum Gazæ,  
 Si quævis Attalicae Orientis divitiæ  
 Imperio meo serviant:  
 Quantulam eheu! his omnibus,  
 Pro tantis tuis in nos meritis  
 referrem gratiam!

Sed Tibi immortales Hygea  
 plectit Coronas!  
 Fama et gloria  
 Sociali junctæ foedere,

triumphales adornant currus!  
 queis  
 ereptas a Te in dies  
 Libitinae manubias  
 — laetissima mortalium tropea —  
 tripudiantes ostentant!

Jam nomen tuum  
 omni late personat Vindobona,  
**Jam in finitimam Austriae novam patriam tuam**  
 — felici prorsus omine —  
 diditur Pannoniam;  
 sublimique mox feriet  
 Sidera vertice!

Istud brevi ut eveniat,  
 Cunctaque Tibi cedant prosperrime,  
 intimo grati animi sensu,  
 totisque vovet medullis,  
 alto tristique a sopore  
 sibi tandem redditus genitor  
 Augustinus Kmosko de Bernicze  
 Augusto Caesari Regique Apostolico  
 a Consiliis  
 rei olim aerariae hungaricae procurandae  
 A. D. M.D.CCCXXXVII  
 Mense Februo.

---



*Sublato omni familiarum nexu, quid mirum caeteras quasque res fluxas esse ac mobiles.!*

In sessione comitali Curiae Ablegatorum in Gallia die 23. Decembris electio Dni Girardin acriori disceptationi occasionem praebuit, is enim — extra matrimonium natus — nec parentes, nec locum natalem, nec annum natiuitatis, neque jus civitatis obtentum docere poterat. Deputationis, pro examinandis electionibus nominatae, major numerus receptionem ejus inter ablegatos svasit, quoniam de facto jam in possessione ejusmodi jurium constituitur, ad quae exercenda jus civitatis requiritur. Anno 1834 septem testes adfirmarunt eum in Gallia esse natum. D. Martin (Argentoratis) postulavit, ut testes illi denuo exaudiantur, exemplum Benjamin Constant adducens, qui non solum 1799 Tribunorum unus, sed tardius etiam comitorum membrum fuerat, et tamen jus civitatis ei disputatum illudque primo 1819 eidem addictum est. D. Lamar-tin animadvertit: generalem Foy tum temporis pro Benj. Constant iisdem argumentis pugnasse, quae ipse pro Dno Girardin nunc adducit, scilicet possessionem. Curia ad haec electionem Dni Girardin ratam habuit, extremum duntaxat latus Curiae sinistrum adversa suffragia dedit.

v. \* e B.

*Pantheon Parisiis: Monumentorum et ingeniorum mobilitas.*

D. Hennequin Curiae Ablegatorum libellum supplicem a multis Jurisprudentiae et Medicinae studentibus subscriptum tradidit, quo oratur, ut Pantheon Ecclesiae restituatur.

---

*Stratagema electionis.*

Ad demonstrandum, quibus mediis D. Colqhoun Dnum Bowringe e sede comitali pro Kilmarnock deturbaverit, paginae „Globe“ has ferunt literas, quas D. Meckenzie, unus e Dni Colqhoun electionum procuratoribus (olim apud Romanos: nomenclatores, divisores, sequestres, interpretes) die ipsa electionis ad amicum quempiam in Stirlingshire dederat: „Dne carissime! Literas has tibi mitto per unum ex electoribus nostris, qui se paratum exhibuit nobis e via recedere. Age, adfer mihi quaequam, quibus opus habeo. Primum et ante omnia novem gallonibus (1. = 16 circ. mediis) cremati optimae speciei indigeo, tum 4 ex optimis et pingvissimis tuis porcellis, quales quotidie ad nundinas mittere soles. Retine hunc homuncionem tam diu ne ad horam usque quartam venturae diei Dumbartonem pertingere possit.

v. \* e W.





*Contradictiones ita dicti philosophici Juris  
publici, cujus fundamentum pactum  
sociale statuitur.*

(Continuatio.)

Quaeritur praeterea, quantumnam potestatis cedendum sit seu monarchae, seu aristocratis, seu communioni totius populi, ut tantillum saltem singulis civibus, secus omnibus suis juribus spoliatis, relinquatur? Cunctane in alium transferenda, corpus, opes, fortunae, imo et anima, i. e. ratio, voluntas, privatumque unius cujusque invidui judicium — jura haec vero sensu inalienabilia — quae tamen sententia plerorumque philosophorum pacto illo alienata fuisse censentur? Aut vero modicissimum tantum inde, et, quam fieri potest, minimum tradendum, uti alii, hoc obtutu prudentiores, adfirmant? At vero, quod est illud minimum, quum quivis mortalium id, quod possidet, plurimi facere soleat, eoque se carere haud posse arbitretur. Quilibet fortunas, et vires, quae sibi praesto sunt, et libertatem, qua perfrui potest, verisimiliter retinere volet, quumve in libris ipsis quivis philosophorum in artificiali civitate alia aliaque jura immolanda doceat. — Hic nempe praecipit: ut juri belli et suimet praesidio, cuius proprio, renunciemus, alter moderamen saltem in-

culpatae tutelae salvum habere vult, quod tamen belli, licet exigui, speciem praesefert, quod non semper solis propriis viribus, sed ope et auxilio amicorum, variisque armis geritur. — Ille armatam manum et arces habere vetat; hic servos, armis provisos, ad tuendam proprietatem nostram, et media quaedam securitatis admittit, conceditque benignissime seras ac pessulos foribus nostris obdere, iis arcas et cistas, ac ferreis clathris fenestras munire ad effractionem difficiliorem reddendam, areas, hortos et vineas muris, fossis, vallorumque munitionibus circumdare, quin modus in his omnibus describatur, ubinam haec securitatum media desinere debeant, et ubi illicita munimenta initium capiant. — Deinceps neque pacem, neque foedera pangere vobis licebit, cunctantur alii, ita quidem, ut homini propter libertatem magis securam praestandam non amplius salvum sit iurgia sedare, rixantes divellere, inimicitias conventionibus componere, vires ad communem scopum jungere, imo vero neque conjugium inire, quoniam omne matrimonium pactum constituit, et quidem pactum ad praestandam per totam vitam opem mutuam. — Non est haec sententia nostra, obvertunt alii contractus socialis patenti: nolumus seu privatas reconciliationes, seu innocuas conventiones interdicerere, ita, ut nihil re ipsa in rerum natura mutetur, quum caeteroquin in ipso etiam statu naturae inimica foedera illicita fuerint, et ab adversariis impedi-



ri aut dissolvi poterant. — Docent porro quidam per novam reipublicae potestatem solam deinceps munera constitutum, eaque collatum iri, illam solam leges et decreta laturam, controversias inter privatos decisuram, proterviae ac sceleri poenam inflicturam. — Alii contra domi saltem suae domini manere praeoptant; neque adimi sibi patiuntur jus aliis servitia offerendi, aut homines alios in servitia recipiendi, subditis suis certa praecepta dandi, deque obsequio jus dicendi, negligentiam missasque obligationum partes pro ratione virium corroborandarum, et quae praesto sunt mediorum puniendi. — Denique Hobbesius et complures ejusdem discipuli adseverant, cives condita artificiali civitate non solum libertati suae personali, sed omni etiam proprietati renunciassent, vel saltim eam civitati ad arbitrium reliquissent, dum contra concives ejus, Locke, et alii multi minime adeo proclives sunt ad illam spoliationem aequo animo ferendam; statuunt itaque homines ideo duntaxat in civitatem coivisse, ut omnem priorem proprietatem retinere et securam praestare valeant. At vero sic in casu primo contractus socialis rationi repugnaret et scopo adversaretur, omnisque libertatis sepulcrum foret, in altero vero casu idem prorsus impossibilis censendus; quam primum enim quivis suum, quod antea possederat, post initum contractum socialem adhuc retinere velle supponeretur, omnia in antiquo manerent et nos adhuc in statu naturae

constituti essemus. — Huc accedit adhuc alia quaestio, quae quidem subalterna esse videtur, haud tamen leviores objicit difficultates, quae per philosophos resolvi nequeunt. Quis novum artificialis civitatis caput, cum omnibus ad explendum giganticum munus necessariis adjutoribus ac instrumentis, stipendio providebit? Quidam existimant, illud ipsum expensas ferre, quantum fieri potest, ex suo vivere debere, et in casu duntaxat necessitatis a populo opem (subsidia) rogare posse. Hoc quidem olim usu venit, atqui hoc in naturali tantum, non vero in artificiali unione civili locum habere potest, quodve illa aetate valebat, dum reges ac principes magni domini, non vero magistratus (officiales) populi habebantur. Plerique interim philosophi eam praeseferunt aequitatem et consequentiam, ut fateantur, secundum systema suum civibus incumbere obligationem non modo principis, sed omnibus etiam aliis status (civitatis) necessitatibus prospicere et sumtus suppeditare. Imo vero neque admittunt, ut princeps ex suo vivat, sed potius omnem privatam proprietatem ac redditus peculiares independenter tenere eidem interdiciunt, metu, ne vi opum privatarum ac potentiae personalis ipse quoque libertati suae restituatur, neque amplius servus haberi possit. Hinc habet explicatum, cur aevo nostro reges ac principes praediis (domaniis) ac regalibus spoliandi et sub absurdo nomine tabularum civilium ad



stipendium (pensionem) redigendi tantus adsit nisus, ut quippe sic pecuniam olim propriam ab aliis efflagitare et accipere cogantur. — Ergo populus debet solvere: sed quantum? quantum habet ferendum oneris? Expensane perceptis, vel contra percepta expensis admensuranda? — Dantur philosophi, qui priorem fovent opinionem; verum supposito eo, quod societas civilis primum erigenda sit, nulli adhuc praesto essent reditus. Unde plerique philosophi statuunt, perceptiones erogationibus admetiendas, seu in harum ratione prorocandas esse; eapropter absque dubio systema hoc ad populos tanto certius beatiores reddendos aevo nostro praevaluit! Quis vero civitatis necessitates definiet, cum in primis hic pro luxu duntaxat id habeat, quod alter absolute necessarium putat? quis eas omnes praevidendo, quis omnes eventuros casus in calculum et rationem vocando est? Novusne creatus summus populi magistratus solus de redivis decernet? aut dabiturne eidem ad haec saltim suffragium aliquod? vel potius hoc respectu totus a gratis et imperitia, parte ab una obsequio adstricti, parte tamen ab altera summae auctoritatis ac potestatis populi dependebit? — Quibus mediis ac viis reditus publici procurandi, quave proportionem praestationes inter civitates distribuendae? Quaeenam tributa praeferranda, et quibus rebus imponenda? fundisne, aut aeri locato, redivis, aut industriae, an commercio vel rebus ad luxum spectantibus;

an non communibus necessitatibus, productis, aut potius consumptioni eorundem? totidem quaestiones, arduae omnino, spinis hamisque refertae, super quibus philosophi in infinitum decertant, quaeve in usu ipso innumeris obnoxiae sunt difficultatibus. Quantumcunque enim mentem quis torqueat, aequabilis tamen hoc obtutu justitia distributiva, vel saltem aequalis relate ad fortunas contribuentium ratio inveniri prorsus non potest, ita, ut omnibus philosophicis theoriis, gratissimeque sonantibus phrasibus in obversum nodus gordius tandem vi dissecandus est, et e diversis tributorum generibus non illud, quod praetensis principis convenientissimum, sed quod largissimum et coactu expeditissimum est, eligendum erit.

At vero nunquam ad finem perveniremus, si infinitas sententiarum varietates ac philosophorum contradictiones de ipso pacto constitutionali, vel de conformatione machinae politicae recensere vellemus. Felici eventu historia diversarum harum opinionum non procul a nobis remota, ac proinde cuique sat nota est. Ne tamen silentio eas prorsus praetereamus, quaeritur ante omnia: Quid est constitutio? quid illa in se comprehendere, quid omittere potest? Frustra ad haec expectatur responsum, quod votis satisfaciat, at minus adhuc inveniri potest philosophus, qui in hoc argumento cum sociis consentiret. Monarchia vobis praeplacet? at qualis? ita dicta



absoluta, aut moderata, libera vel compedi-  
 bus arcte constricta, haereditaria, vel electiva?  
 In primo hoc casu successio haereditaria quo-  
 modo defigenda, poteruntne etiam feminae et  
 puellae, imo etiam infantes — quemadmodum  
 nunc Isabella in Hispania — reges constitui-  
 onales esse, et sic summam in civitate digni-  
 tatem adipisci, quamquam eae secundum sy-  
 stema ex ipso contractu sociali exclusae et  
 nec quidem cives sint? Si vero monarchia ele-  
 ctiva adoptetur, quis monarcham denomina-  
 bit, quaeve conditiones seu dotes statuendae,  
 ut quis electionis jure gaudeat? Quodsi de-  
 mocratiae vobis magis ad palatum sunt, phi-  
 losophi diverso rursus consiliorum ac senten-  
 tiarum genere praesto sunt; imo si necesse sit  
 ambas, ita dictas, regiminis formas varie in-  
 ter se miscent: vanum nomen, inanemque spe-  
 ciem potestatis externam amicis monarchiae  
 relinquentes, amicis democratiae, (poblico-  
 lis) realem ac essentialem potestatem tribu-  
 unt, ut sic utramque partem, via quasi me-  
 dia, contentam reddant, cum tamen re ipsa  
 neutri satisfaciunt. Atqui ipsa seu velata, seu  
 minus fucata respublica e quibus conflanda?  
 Qui sunt censendi cives activi, suffragiorum  
 jure gaudentes, quive contra, tamquam pas-  
 sivi, i. e. patientes, onera ferentes, solventes,  
 indurantes, negligendi ac praetereundi? quae-  
 stio sane ardua non minus, quam illa, qui-  
 nam paciscentes originarium contractum so-

cialem ineundam habeant? \*) Oportetne cives hos per vices gerentes repraesentari, aut minus? Et si primum placet, quod systema repraesentativum praeferetis? An numerus vicesgerentium superficiei et extensioni diversorum districtuum, an populi numero, an par-

---

\*) Eaedem hae supra adductae difficultates hodie quoque semet manifestant, in omnibus monarchiis et rebuspublicis, in quibus novis, ita dictis repraesentativis constitutionibus conficiendis manus admovetur, ubi proinde definiendum foret, quinam re ipsa cives reipublicae habendi, seu quinam veris novae civitatis membris accensendi sint? Ratio hujus rei naturalis nullo pacto inveniri potest, unde caussa haec arbitraria ac decretoria duntaxat supremae potestatis, vel potius hanc usurpantium constitutionis fabricantium sententia dirimi debet. — (Expendamus tantum parumper jam inde ab incunabulis seditionum atque revolutionum recrudescentes quotidie in infinitum quaestiones de dando civitatis, electionis, ac suffragiorum jure ac ratione, tamquam de totidem fundamentis novarum constitutionum; quot jam modi, formae et modificationes electionum, comitiorum, potestatumque divisiones excogitatae, in effectum deductae, et rursus damnatae? estne hodie in novis regnis constitutionalibus hoc respectu quies et concordia? Ubique electionum jura extendenda adurgentur etc.) In veris et legitimis rebuspublicis difficultates hae emergere nunquam possunt, in iis enim jura civilia non decernuntur fabricatione, sed inde a primordiis jure ad civitatem spectant cuncti ejusdem auctores, et omnes ii, qui tardius in eam recepti sunt.



ti, quam quisque in ferendis oneribus publicis capit, aut rationi compositae, ex omnibus his tribus elementis conflatae, convenienter distribuendus? At vero basis territorialis unica est constans et certa, ita, ut solum (territorium), non vero populus repraesentari deberet. Quaeenam dotes et conditiones pro electionum jure praestituendae, quaeve electionum formae maxime idoneae? Quivis philosophorum alias proponit, quivis alias atque alias de his fovet opiniones. An dexteritas ingeniorum opibus, an divitiae ingenii anteponendae? Virtutum etenim, atque cognitionum, status atque conditionis socialis, legaliumque correlationum hodie apud philosophos nulla amplius ratio habetur. Suntne electiones immediate populo concedendae, aut potius hic duplici aut triplici electorum cribro successive percolandus, ita, ut paleae a semine separentur, et optima duntaxat tritici grana supersint? Sed ponamus, hos populi vicesgerentes e laminea electionum olla tandem prodiiisse, publiceque notos in una aut duabus comitiorum curiis coaluisse, in qua re vero consistent eorum partes, jura et functiones? Eruntne omnipotentes et absoluti concivium domini, vel ipsorum quoque potestas limitibus circumscribenda, at per quem? Dabiture eis potestas, constitutionem authentice interpretandi et modificandi, vel minus? ita quidem, ut in posito casu primo facere, quidquid libuerit, possint, in altero autem nihil impediet, quo minus singulus

quisque ablegatorum constitutionem suo proprio sensu interpretetur, quod tantundem est, ac si ea nec existeret. Junctaene in unum potestates, an subdivisae et disjunctae vobis arrident? Sufficiuntne vobis tres cum Montesquieu habere potestates, scilicet legislativam, executivam et judiciariam, vel vero, uti Locke svadet, adhuc foederativam, aut secundum placita Benjamin Constant et diplomatis Don Pedro insuper temperantem potestatem, i. e. talem, quae caeterarum aestum in freno teneat, adjicere consultum putatis? An diversis his potestatibus praediti a se invicem independentes, aut mutuo subordinati constituendi, et si de competentia controversiae inter eos subnatae fuerint, si e. g. de eo quaeratur, quidnam ad legislationem, quid vero ad executivam spectet potestatem, per quid lex quaedam ab edicto, praescriptum aut normales a decreto vel praecepto ac jussu differat; quis de his controversiis judicem acturus est, quae quidem quaestiones neque in theoria, neque in praxi e voto dirimi hucusque poterant? Estne sanctio principis reipublicae, quocumque is nomine compelletur, ad efficaciam legis necessaria? Absolutumne, aut saltem suspensivum, inque hoc casu posteriori quamdiu vi pollens veto ei concedendum? Supremum hoc civitatis caput, vel ita dictus Rex eritne ens ratione, voluntate et vi praeditum, aut nomen duntaxat commodans pictus vel stramineus masculus,



vita omni destitutus, ad quaeque annutum praebens pupulus futurus; et si vos ministros seu adjuutores ejus responsionis oneri obnoxios declaratis, non quidem regi, qui illos denominat, sed conventui, qui illos accusat, quotidieque objectionibus et contumeliis divexat, ii utri ex ambobus dominis, quum duos sibi invicem adversos habeant, obtemperabunt? seligite ad has et similes quaestiones libere responsa, quae vultis, cujuscunque tamen fueritis sententiae, innumeros philosophos habebitis vobis addictos non secus ac adversos, erunt semper, qui et ita et non propugnabunt, pro et contra, ut placet, disputabunt, ambo contraria pro veris habebunt, utrumque pro praecepto rationis tradent, et velut effectum ac resultatam saeculi, lumine intellectus clari (illuminati), depraedicabunt.

(Continuabitur.)

---

### *O p p o s i t i o .*

E szózatnak „Oppositio“ alig volt bájo-  
lőbb, és részvétel gerjesztőbb hangzatja, mint  
századunk’ jelen szakában! — Szelleme egész  
Európát áthatotta, ’s az „Oppositio“, varázsló  
erejével, mindenhol tömjénezőket, ’s bajnokokat  
támasztott magának! — A’ Britt és Irlandi  
lakomákon, — Páris polgári köreiben —  
Schweitz, ’s a’ Német statusok Gyűléseiken  
az oppositionak tagjai többször fő szerepet

jádszanak, sőt nyilvános lapokban, 's helyeken dicsőíttetnek! —

Ezen nagy méltánylását az oppositionak éppen nem csudálhatni, ha első pillanatra kecsegtető, 's a' langoló hazafiúi szeretetnek igen bizelgő alakját megtekintjük. Mert ma az elfogulttak, 's az ál-okoskodás' ferde útjára tántorodottak, azért vélik szükségesnek az oppositiót, hogy a' nemzetiszabadságot az elnyomó kormányok ellen védje; ezeket a' törvény, és alkotmány kiszabta korlátok közé szorítsa, és végre a' mellynek tagjai minden a' throntol remélhető kedvezéseket vagy lenézve, vagy sajnálva egyedül a' képzelt szabadság oltárán gyakran szinlett ön megtagadásokkal áldoznak! — E bájoló alakja az oppositioi rendszernek mi csuda ha igen sokakat megtántorít? —

De ha az említett rendszert elfogulatlan elmével, és alapjaiból vizsgáljuk, akkor kitűnik, hogy az az újabb liberalismusnak külszínre kecsegtető, de belső valójára fonák következményeire nézve ártalmas szüleménye; mivel a' nemzeti békének gátja, 's a' polgári életnek tengerében vitorlázó köz jólét hajóját veszéllyel fenyegető szirt. Ugyan is mit értenek ma egy némelleyek az oppositio alatt? Egyrendezett állandó ellenzési pártat, melly fő czélul tűzte ki: a' fejedelmekre, 's kabinetjeikre bizodalmatlanul tekinteni, — rendeleteivel ellenkezni, indítványait gátolni, röviden, mindenben mindenkor a' kormányok tisz-



telőivel az ellenzési padon küzdeni. Következőleg az egész oppositioi rendszer, azon a' polgárookra igen igen kártékonyan ható elven alapszik: mintha a' fejedelmek, 's kabinetjeik született ellenségei volnának a' népeknek, mintha törekvéseiknek egyedüli irányzata a' nemzeteknek rabságba döntése lenne! mintha minden kormány tisztviselő, mibelyest a' Kormányzasi gépelynek bár melly kicsiny karikájává vál azonnal nemzetét, 's szabadságát tapodni iparkodna, és így az illyes oppositio egy ideán alapszik, melly a' polgári társaság józan eszméivel homlok egyenest ellenkezik, 's a' békes polgárokat féltékenységre, 's nyughatatlanságra izgatja! —

A' természet sz. törvénye a' nepeket fejedelmeikkel egymásnak boldogításáért csatolta egybe, a' polgári társaság józan eszméjében a' fejedelem alattvalóit gyermekeiként édesen szerető atya, a' polgárok viszon hív, és engedelmes fiak. Mindkettő pedig a' kölcsönös szeretet, 's bizodalom drága lánczával egybe fűzött egész. Következőleg az, melly tilt minden bizodalmatlanságot, annyival is inkább a' szünteleni ellenkezést. Így gondolkodtak a' hajdani nemzetek, 's azért fejedelmeikhez nem csak bizodalommal ragazkodtak, hanem éretők mint szeretett Attyokért hív fiakként véroroket is ontani dicsőségnek tartották. — Történtenk ugyan az ó korban is ellenszegülések; de egy állandó oppositioi rendszer, melly a' fentebbi ideán alapúlt volna, egész az elenyé-

szett 18-ik századig a' népek előtt esméretlen volt! Csak a' midőn a' liberalisok a' fedelmeket mint a' nemzetek ellenségét festették, midőn a' bizodalmatlanság mérget a polgárok szivében elhintették, csak akkor keletkezett egy állandó oppositio, mellynek gyümölcse az 1789-től le folyt véres történetek hosszú sora, 's mellyre igen alkalmazhatók: Az igaz hazafiuság' alapvonatai című munkának 70-ik lapján olvasható sorok: „Valamint a' fát az ő gyümölcseről, úgy az oppositiot az ő műveiről, hatása következményeiből legigazabban elítélhetni.“ — Az oppositiónak az engedetlenség, 's féktelen szabadságra való törekedés lévén kútforrása, egyebet engedetlenség, 's féktelen szabadságnál nem teremhetett, mert a' bizodalmas vitatkozásokat, 's a' köz jó gyarapítására czélzó őszinte érett tanácskozásokat száműzve, trónját kaján irigység, szenvedélyek, rémités, és önzés csoportjai között bésánczolva, a' polgári béke, nyugalom, 's jólét kopárrá parlagult mezején felütötte! — És azért hol egyszer a' rendszeres oppositio erőt vett, ott political zavarok, rendülések támadtak, a' polgári intézmények meg dültek, még pedig a' nélkül, hogy az őszveromboltak romjaiból eddig üdvösbb intézmények emelkedhetek volna fel!



*N. mélt. Haulik György, Zágrábi Püspöknek,  
beiktatása.*

Zágráb, Jan. 7. N. mélt. Haulik György urnak, mint a' zágrábi egyházmegye' kinevezett Püspökének ünnepélyes beiktatása tegnap történt. Ugyanis ő excellentiája délután Kralyeveczről Mindszentre érvén, Zágráb vármegye' rendeinek fényes küldöttsége által üdvözölték; honnan azután a' küldöttség, számos hintók' és püspöki lovas szabadosok' kíséretében Maximirre jövé, az itteni academia' tagjai tevék üdvözlésöket; itt átöltözködén, harangok' zugása és mozsarak' durrogásai közt, igen díszes hatlovas hintóban folytatá bemenetét a' városba. Görög-utczában a' diadalkapu előtt szálla ki kocsijából. A' tömördek néző népen öröm' 's tisztelet' jele lebegett, és ezt nyilván is kimutatá, midőn főpásztorát zajos örömkialtásokkal fogadá. Itt vevé ő excellentiája a' városi tanács' és a' zsidó község' tisztelkedését. Gyalog lépdelvén tovább a' menet, végre a' káptalan-piaczon keresztül — hol a' fegyveres városi polgárság tisztelkedett — a' székes-egyházba érkezék, innen „Téged Isten dicsérünk“ után ő excellentiája lakába vonult, hol azután fogadá a' zágrábi hatóságok', minden rendű előljáróság' 's tisztség, nemkülönbén a' szomszéd vármegyék' 's városok' küldöttjeinek üdvözléseit. — Ma reggel 9 órakor a' különféle ha-

tóságok és tisztségek, ugy a' számos nép a' hideg' daczára is seregesen gyűltek az egyházba, hová ő excellentiája szokott szertartással bevezettetvén, mindenek előtt a' k. kir. adománylevelével és a' pápai bullák olvastattak fel; mire tisztelt püspökünk velős beszédét tartott a' papsághoz és a' néphez, kiknek nevében az örkanonok felelt. A' „Jő sz. Lélek“ után ő excellentiája fényes isteni áldozatot mondott, melly alatt az egyenruhás polgárság tisztelkedett. Az iktatási ünnepet követé közel 500 személyre készített igen gazdag lakoma, ma estve pedig a' város ki lesz világítva. — A' hangászati egyesület is ő excellentiája' tiszteletére szinte ma estve díj nélküli bemenet mellett hangversenyt adand.

*Emigrantium Germanorum frequentia in  
America boreali.*

Secundum censum, a societate amicorum emigrationis initum, germanicae impopulationis, nondum civilibus juribus gaudentis, ratio in Statibus foederatis sequens est: In regione Pittsburg 15.000, ad Wheeling in Virginia 10.000, in Ohio 40.000, e quibus in sola urbe Cincinnati 10.000, in Indiana 20.000, in Kentucky 15.000, e quibus 5—6000 in urbe Louisville, in Missouri 30.000, e quibus 6—7000 in urbe St. Louis, in Tennessee 5000, in Louisiana 15.000, in Alabama 2000, in Mississippi 5000. — Itaque 117.000 Germani in Unionis terris dantur, qui inde duntaxat a 2—3 annis illuc emigrarunt.



## B e s z é l g e t é s.

## A' vélemények' szabadságárók.

Tanítvány. Ámbár meg van mutatva, hogy az emberek természeti rendeltetések szerint, és a' társaság' köz java' tekintetéből nem születnek szabadságban, hanem inkább függésben, 's engedelmességre köteleztetve jönnek e' világra: úgy tartom mindazáltal, hogy a' vélekedés' szabadságát nem lehet tőlök megtagadni.

Oktató. Minden vélemény, szorosan véve, a' gondolatoknak valamelly tárgyról hozott belső titkos ítélete. Ámbár pedig köteles kiki jól gondolkodni, jól ítélni; de Isten egy embert sem képesített arra, hogy ember társainak gondolkozásához behathasson. Mivel tehát az uralkodó hatalomnak sincs módja, 's eszköze egyesek' gondolatit, véleményeit megtudhatni, azért just sem követhet magának illy vélemények' megítélésére.

Tánít. Tehát igazuk van a' szabadelvűeknek, mikor panaszkodnak, hogy a' kormányzók még az úgy nevezett véleménybűnökre is kiterjeszkednek senyítő zsarnok hatalmukkal?

Okt. Méltán panaszkodnának, ha igaz volna, a' mit mondanak. Ez az úgy neve-

zett vélemények' üldözése ellen kikelő hangos panasz egy új cselszövény, mellyel a' kormányzések' szabadelvü ellenségi a' népek' hívségét el akarják tántorítani, 's azokat zendülésre huszítani. Valamíg csupa vélemények maradnak a' vélemények, nem üldözhetik azokat a' kormányzések, ha akarnák is, mivel előttök rejtve vannak; soha sem is idéztetett törvénybe, soha nem ítéltetett meg senki a' csupa belső, titkos gondolatokért. De ha ezek rejtekökből elélepnek, ha szóban, írásban vagy cselekedetben kinyilatkoznak, már akkor nem tartoznak a' merő gondolatoknak osztályába, hanem tett dolgokká válnak, és szükségképen alája esnek a' birói nyomozásnak, és hatalomnak.

T a n. Hát nem szabad kinekinek a' maga véleményeit kinyilatkoztatni?

O kt. Ha a' vélemények jók, vagy különbösek, akárkinek szabadon áll nyilvánosításuk, és soha sem történik, hogy ebben megvonnák az uralkodók alattvalójiktól az engedelmet. De ha a' vélemények, nézetek nyilván hamisak, csábítók, veszedelmesek, vagy gonoszak, akármelly országlónak nem csak joga van, hanem kötelességében is áll, illyeknek terjesztését tiltani, és megbüntetni mindent, ki nem elégli, magában zárva tartani a' rosszszat, hanem gonoszakarátulag azt terjeszti is.

T a n. Honnan ered ez az országlóknak itt tulajdonított jog, hogy tilalommal vagy büntetéssel keljenek ki azok ellen, kik ártal-



mas és gonosz czélnak véleményeket keltetnek napfényre?

O kt. Ez a' jog magából azon kötelességből származik, melly szerint tartoznak a' fejedelmek vigyázni a' társaság' köz javára, és népeik' jó erkölcsére az által, hogy távoztassanak el mindent, mi tévelygésre vihetné az elmét, a' szívet megvesztegethetné, és rossz cseledetekre vetemíthetné az embereket.\*) A' bal és gonosz vélemények mindenkor veszedelmesek, mihelyt nyilván kimondatnak, még úgy is, ha ez csak megczáfolás' okáért történik. Talán az emberi társaság kevesebbé volna romlott, ha bizonyos nemű viszátkodások túlságos buzgóság, és elmefitogtatás által el nem közönségesülének

---

\*) Mivel bizonyos, hogy a' nép nagyobb részének sem ideje sem tehetsége vagy lelki miveltsége arra elegendő nincsen, hogy gyökeresen a' különböző állításokat megvizsgálhassa, 's a' jót a' rosztól, az igazat a' hamistól megkülönböztethesse, 's a' cselet fölfödözhesse, őt tehát magára hagyni az elcsábítás veszedelme nélkül még a' paradicsomban sem lehetett; különben minek volnának a' kormányok 's az igazgatóságok, a' közönséges tanító 's oktató intézetek, ha ki természetből elég okos és ügyes volna? Sőt ama' uj proféták miért törekednek oly hévvel elveik hirdetésére, terjesztésére, az állított fölvilágítás dicsőségére? ha van a' köznépnak — mint ezt csalfán a' kormányok ellen állítják — elég ön belátása: nyugodjanak ok is békével, 's bizzák a' nép ügyét ennek ön bölcsességére 's őt ne bojtogassák! \*

annyira. — A' szabadelvűek pedig véleményeket, és tanítmányaikat koránt sem úgy adják fel, mint kétségeseket, hanem mint valóságos, és kérdés alá sem eshető tudományczikkeket, nem is úgy ismértetik, mint mellyek megvetést, utálatot érdemlenének, hanem minden osztályain a' társaságnak úgy terjesztik széllyel, mint merő természeti igazságokat, hogy elszédítsék általok a' népeket, és a' religio számkiüzésére, az erkölcsi szabályok megvetésére, az országgló kormányok' lerontására, és a' törvényes rend' feldúlására vezéreljék. Illyen vélemények kihirdetése tehát már botránkoztató, rosztúra csábító cselekedet, és gonosz czélzatú törekvés a' főhatalom, és emberi társaság ellen, mellyet azok, kiknek kezökben van a' kormány, tartoznak a' társaság' javára elnyomni, 's megfenyíteni.

Tanít. De nem sok e, nem kemény e egykevesé, a' királyok' hatalmát a' szavakra is kiterjeszteni, mellyeket kimond, vagy kinyomtat valaki, 's az által, hogy még a' beszéd is törvények alá vonatik, nem szorítatik e meg fölötte az embernek szabad akaratja?

Okt. Hát azt hiszed te, hogy a' rozsosz, fonák, eszelős vagy rágalmas, és mocskoló beszéd' üzésére adatott embernek a' szólás' tehetsége? — Vagy a' sajtó' feltalását azért engedte meg Isten, hogy botránkozásokat szüljön, istentelenséget terjeszszen, népeket lá-



zítson, országoló kormányokat döntsön, zavart indítson, rendet bontson? — Vagy azt hiszed e, hogy, ha az ember Isten, és királyok, religio, és törvények ellen nem beszélhet vagy írhat, semmi nincs más, a' miről beszéljen, vagy írjon? — Vagy gondold e, hogy, midőn minden emberi tag, minden műszer vagy eszköz alája van vetve a' kormányhatalomnak, és a' kéz, melly gyilkol, igazságosan záratik bilincsbe, a' kard, melly sérteni, vágni készül, méltán üttetik ki a' marokból, vagy törettetik össze: egyedül csak a' szabadelvűek nyelve, és sajtója legyen e ment minden függéstől, és büntetéstől, ambátor azok a' nyelvek, azok a' sajtók sokkal több vallási, erkölcsi, 's polgári öldökléseket terjesztenek, 's több pusztításokat visznek végbe a' társaságban, mint ezernyi török, vagy pallosok?

Tanít. Valóban, úgy látom, igaza van oktató úrnak. Ha a' vélemények megszűnnek csupa gondolatok lenni, 's tettebeli dolgokká, gonoszkodásokká válnak, úgy kell nézni 's venni azokat, mint cselekedeteket. \*)

\*) Ha a' kitűzött gonosz célt, a' tettlegi hatást, sőt az irtóztató következtetéseket szemcinkkel látjuk, ön tetemes kárunkkal tapasztaljuk! — Ha a' szóvali bűzditás, olly ártatlan dolog, ha sz talan bohóság volna az üdvözseges tanításra is szavakat vesztegetni vagy a' rágalmazásokra ügyelni, 's azokat törvénnel, sőt a' szabad elvűeknél — pár viadallal is torlani; 's valjon mi célja lehet tehát a' szabadelvű ékes beszé-

úgy kell büntetni, mint vétkeket. Bizonyára azért nyertük Isten' jóvoltából mind a' beszéd' tehetségét, mind a' sajtó feltalálását, hogy az ő dicsőségére, embertársaink' javára, nem pedig Isten' bántására, emberek' csábítására, és megvesztegetésére éljünk velek. Ezen fölül annyiak, és olly sokfélék a' tárgyak, mellyekről eleget lehet mind írni, mind beszélni, hogy, ha a' zendítő ártalmas beszédek megtiltatnak is, ha a' lázadást terjesztő, erkölcstelenítő sajtók elnyomatnak is, azért még sem kell özszerontani vagy elégetni minden sajtót, nem kell hallgatásra kárhóztatni, nemákká tenni az embereket. Azután ha a' gonosztevőnek keze, vagy a' hamis tanubizonyyságot szóllónak, 's rágalmazónak nyelve megbüntettethetik, ha csak egyetlenegy embert károsít is, valóban nem látom semmi okát, miért kellene a' természeti 's társasági alapszabályok alul kivenni épen a' szabadelvűek' nyelvét, és őket minden büntetés, minden fékelés nélkül szabad nyargalásra eresztetni, mikor a' törvényes fölsőség, a' vallási, erkölcsi, és polgári rend ellen hadba szállnak.

Okt. Örülök, hogy meg vagy győződve effelől, 's reményilem, nevedekend meg-

---

deknek, ha semmi tetlegi hatásuk? 's valjon honnan eredt 's az álliberálisoktól olly diadalmasan bizonyított mindenhatósága a' korszelemnek? \*



győződésed, ha az ártalmas vélemények elnoymását azzal hasonlítod össze, mit a' társas életnek egyéb köreiből történni szemlélnünk. Kétség kívül úr a' maga hazában mindenki, 's eszébe sem jut a' kormányoknak, az alattvalók' lakhelyeit naponként felturkáltatni, kimotoztatni, annyira nem, hogy, ha valaki akármelly nagy mennyiségű mérget tartana is óvakozással elrejtve szekrényében a' nélkül, hogy láttatná valakivel, vagy arról mással beszélene, senki azért őt nem zaklatná, 's csak Isten előtt adna czéljairól számot: de ha a' rejtemény megszűnnék titokban maradni, ha tudatra kezdene jutni, és gyanút támasztana, méltán, és jól cselekednék a' kormány, ha rendszabályokat venne elé, ha nyomozást parancsolna; 's ez ellen nem is panaszkodhatnék a' mérge' birtokosa. De ha ez azután a' mérget kiosztogatná, 's némelyeknek ugyan alatomosan, és csalást üzve, másoknak nyilván, és mérték nélkül bőven árulgatná; az emberek pedig kezdenének tőle betegedni 's meg is halni; a' kormányoknak nem csak tagadhatatlan igaza, hanem szoros kötelessége is volna magát közbevetni, gátolni a' gyilkos kereskedést, felkutatni, és semmivé tenni a' mérget, a' bűnöst pedig megbüntetni. Ha ez nem gondolván a' fenytéssel, ismét új mérget gyűjtene, ezt ismét árulná, 's osztogatná, ismét nagyobb 's nagyobb veszedelmet árasztana, 's mind szóval, mind tettel nyilvánítaná, hogy ő min-

denlelé betegséget, és halált szándékozik terjeszteni; ugyan nem volna e legszentebb kötelessége a' kormánynak, ezt az elvetemedett nyakas gonoszt holtig tartó tömlöczbe zárítani, vagy az élők' számából is kioltani? Alkalmaztasd már ezeket a' szabadelvűekre. Valamíg ők elveiket, 's veszélyes czélszándékot magokban rejtve tartják, senki sem zaklatja, vagy szonrongatja őket, 's nem is tehetik ezt a' kormányszékek: mert milly érzetek, vagy gondolatok fordulnak meg valaki' belsejében, azt nem tudhatja senki. De ha a' religio, a' fejedelmek ellen intézett elvek, tanítmányok, és czélszándékok beszéd, vagy nyomtatott könyvek által terjegettetnek, 's már kezdik pártos zászlójukat az Isten' oltári, a' királyok' székei ellen táborba szálólag lobogtatni, már ekkor a' gondolat tetté, a' vélemény valóságos gonoszsággá válik, 's még is, ha az uralkodók, kik pedig sokat elszoktak nézni, és a' szabadelvűek' szemtelen merészletét ellen ritkán lépnek keménykedőbb ovásokra, bátorkodnak egyszer másszor kezeket mozditani, és rendelkezéseikkel oda mutatkozni, hogy valamennyire gátolják a' nevedő rosszat, 's elhárítsák a' fenyegető veszedelmet, legott megkondúl a' lármaharang, harsog mindenfelé az iszonyú ordítás, felzendül a' nép fejedelme ellen: mert ezt úgy festik előtte, mint legkegyetlenebb tiránt, ki még a' gondolatokon is uralkodni kíván, 's a' pusztá véleményeket is üldözi vas



hatalmával. — Illyen a' szabadelvűek' logicája! illyen a' mai philosophia' böcsületessége, és egyeneslelkűsége! —

*Contradictiones ita dicti philosophici Juris  
publici, cujus fundamentum pactum  
sociale statuitur.*

(C o n c l u s i o.)

Postquam demum Philosophi ingenia sua variis argutiarum torturis exercuissent, ut hac vel illa ratione artificiosam civilem populi potestatem confingerent, digererent et circumscriberent, tandem ipsi quidam philosophorum illam suscitant quaestionem: quidnam utilitatis humanum genus e tot aerumnis, perturbationibus, et sacrificiis in gratiam philosophicorum systematum latis, adeptum sit; in novos enim ac novos in perpetuum scopulos impingunt, eadem constanter recrudescent difficultates, eadem incommoda; et post non secus ac ante initum contractum socialem potentiores soli leges condunt, igitur etiam constitutionem. „Ah! quid egimus!“ exclamat Rousseau, unus e praecipuis contractus socialis fautoribus, et simul inimicus societatum civilium \*)

„Cives itaque semet (personas suas) tradunt

\*) „Tout ce qui sort de la nature a ses inconveniens, et la société civile plus que tout le reste.“ Contrat Social L. III. C. 15.

sub ea conditione, ut insuper fortunae quoque eorum adimantur; haud itaque video, quid renturi sint.“ Nec ego quidem intelligo, dilecte Jean Jacques, at vero ideo prorsus sociale contractum detrecto, imo adfirmare audeo eum nunquam initum fuisse. — „Proavi nostri rudes stupidique trunci fuere“ — ajunt Weishaupt et L.B. Knigge — „civiles quaelibet institutiones — sint illae formae monarchicae, aristocraticae aut democraticae — nec hilum quidem valent, et fucata duntaxat sepulcra sunt; quin scilicet prioribus incommodis mederentur, nova nec unquam medicabilia pepererunt. Ibi itaque terminandum, unde exordium factum, ad statum naturae revertendum, primaevaque et originalis potentia privata, atque libertas singularis nemini tradenda. Hi profecto certo sub obtutu ad veritatem magis accedunt, quam ipsi fors crediderint, cum illa sola animadversione, quod majores nostri adpictam iis amentiam (initi pacti socialis) nunquam commiserint, quodve ad hoc, ut in meliori statu naturae vivere liceat, nulla violenta rerum ordinis convulsione opus sit, sed cursus naturalis civitatum relinquendus.\*)

---

\*) Hoc asserto non credimus ulteriori perfectioni in rebus politicis, in sociali generis humani statu, in juris civilis publici ac privati, verbo in civitatum progressu viam omnem praecludi (vide conclusionem); imo vero si historica documen-



Ast ad metam tandem nobis properandum est, videndumque, an filum Ariadnae in labyrintho arripere ac veritatem ex ipsa adversariorum confessione eruere possimus. Fors e voto nobis cedit, si id, quod omnes, vel saltim plerique constanter concedunt, admitterimus, id contra, quod singuli quidam adseverant, ast a cunctis caeteris disputatur, rejecerimus. Criterium veritatis habetur sensus communis, eaque e communi quodam consensu facile dignosci potest; dum quippe eam quidam pure et expresse docent, alii inviti opportune eam produnt, aut re et facto confitentur, et in hocce consistit commune ac unani-

---

ta adtentius scrutemur, non possumus non observare violentis subversionibus regressum potius, quam progressum in salutaribus institutis publicis, ac proinde in perfectione civili factum fuisse; dum somnia quorundam animos infascinarunt, dum affectus humani frena, per rationem, religionem, per Auctorem naturae imposita, excusserunt, dum contemta felicitate modesta fastus humanus cervicem sustulit, dum cursus a natura populis praescriptus repente, magnoque impetu pro spe incerta relictus, mox socialis humani generis conditio vario eventu multis aetatibus recidit, florentissima regna et republicae, calamitatibus dirum in modum exagitatae, relictam semitam repetere, et cursum resumere proprio periculo edoctae sunt. Saeppe quidem externi, saepissime tamen interni hostes salutem civitatum everterunt, et quasi jam e fastigio dejecerunt. Ne ad antiquissimos Asiae populos revertamur, Graecorum, Romanorum ac Hispanorum casus exempla praebent.

num de ea testimonium. Contra peculiare erro-  
roneae sententiae singulorum quorumque ab  
omnibus caeteris rejiciuntur, et plerumque ab  
auctoribus duntaxat earum propugnantur; imo  
communiter ab his ipsis etiam lucidioribus in-  
tervallis jam evidente contradictione, jam sal-  
tim factis contrariis suspectae redduntur, aut  
plane revocantur, tanto quidem certius, quo  
difficilius est in errore consequentiam constan-  
ter retinere.

Jam vero ab omnibus, aut saltem a ple-  
risque Philosophis conceditur, statum naturae  
haud esse dissolutum, solitarium, insocialem,  
sed eum ad minus singulas familias, quarum  
frequentia non definitur, et forte alias etiam  
sociales correlationes in se complecti; in eo-  
dem leges naturae et singulares privatas con-  
ventiones locum habere, neque ex eo libera et  
spontanea humanitatis officia prorsus esse ex-  
clusa; justitiam quoque in eodem partim viri-  
bus, a natura singulis hominibus concessis,  
partim aliorum auxilio tolerabili quadam ratio-  
ne manuteneri posse, statumque illum naturae  
in genere utcunque pacatum fuisse, utut quan-  
doque, quemadmodum nostris temporibus, con-  
troversiae ac bella enasci potuerint; haec ta-  
men bella ipsa scopo duntaxat pacis restituendae  
suscepta; feminas ac liberos a viris et pa-  
tribus, servos autem a dominis suis dependisse,  
eorumque tutela gavisos fuisse; pro di-  
versitate virium, mutuarumque necessitatum  
ratione, eundem hominem hinc dominum illinc



servum esse posse, et si per hanc a natura ipsa paratam dominatus ac dependentiae gradationem ulterius progressum fuerit, citius tardius ad dominos independentes, seu familiarum principes, consequenter ad ipsos terrae principes (monarchas) pervenire necesse esse, qui pro ratione juris sui proprii aliis hominibus imperant, neque ipsi aliis obedire coguntur. Hinc demum patroni contractus socialis concedere debent, statum naturae non tantum sociales correlationes et catenam quamdam naturalis dependentiae, seu libera voluntate ac sponte receptam servitutem, verum etiam majores aut minores independentes Dominos, et ita dictas civitates (status, regna) in se comprehendere, quorum possessiones variis pactionibus, et aliis eventibus jam augeri, jam minui potuerint. Verum enim vero, si ita se res habet, existimamus homines naturali hoc statu contentos omnino esse potuisse, per quem nempe nemini suum adimitur, nemo juribus spoliatur, sed potius gratia et illecebrae individualis libertatis cum emolumentis vitae socialis ferendisque mutuis auxiliis amico nexu junguntur; qui denique plura nobis, quam quiscunque alter, media suppeditat ad jura nostra secunda praestanda, vitam gratam et acceptam reddendam, viresque nostras tam intellectuales, quam morales explicandas et excolendas.

*Vannak még Hazánkban is Romai's Görög  
classikusokat becsülők.*

Kolozsvártt, Jan. 1. Szép, nemes, 's hasznos tett hirdetésével kezdik lapjaink ez új évi pályájakat. Gróf Teleki Imre úr az 1806dik évtől fogva nagy fáradsággal 's költiséggel szerzett görög és deák classicus írók gyűjteményét, a' kolozsvári ref. collegium könyvtárának a' tanuló ifjuság használására ajándékozta; minek következtében a' tegnapi napon több mint 500 — londoni, párizsi, hollandi legszebb kiadása, részint ritka nagy becsü, görög 's római írók munkái birtokába juta az irt iskola könyvtára. A' mint a' gróf Teleki szép nemzetség minden időben jeles kitünő lelküekkel 's classicai műveltséggel díszeskedett, így könyves gyűjteményeivel nem csak magának, de az egész hazának a' jövőkorra nézve is haszonnal kíván szolgálni. Csak most ajándékozá meg ezen virágzó nemzetség' egyik szép háza, a' magyar tudós társaságot ritka becsü könyvtárával; nem rég alkotá a' tudós udvari cancellár M. Vásárhelytt Erdély közhasznára köztudatu gazdag könyvtárát, 's most ezen grófi nemzetségből a' fen tisztelt tudós, 's tudományokat becsülő gróf Kolozsvárt ajándékozá meg válogato: classicusokból álló gyűjteményével. Tettel magyarázza a' nemes gróf hosszufalvi lakja azon felírását: „qui bene latuit, bene vixit.“



Minden tudja, ki a' tudományokban nem járatlan, hogy a' régi classica literatura a' mint az ifjúság lelki 's erkölcsi kifejlődésének legjobb vezetője — úgy a' tudományok széles mezején a' régi classica literatura útján lehet solid tudományos ismeretet szerezní. Az irt oskola előljárói a' mint a' tisztelt gróf nemes ajándéka iránti háládatosságukat ezennel közönségesen kijelentik, úgy azt hiszik, hogy azon oskola azzal jutalmazhatja meg leginkább a' gróf nemes tettét, ha az ifjúság, azon könyvek czélarányos használását ön mivelésére fordítja. Adja az Isten, hogy a' nemzeti literatura mellett virágozzék a' régi is! 's az illy szép tettek buzdítsanak másokat is illy szép példa követésére! *E. H.*

*Theologica studia cath. in Universitate Bonaensi et Seminario Coloniensi.*

Ephemerides Colonienses de 8. Jan. haec habent: „E fonte fidedigno intelleximus, Capitularem Administratorem A. Episcopatus Coloniensis, A. Diaconum Dr. Hüsgen, pro restaurandis, antea vigentibus, at novissimis semestribus turbatis studiorum cursibus atque ordie, pro catholicis Theologiae studentibus in Universitate Bonaensi et Clericorum Seminario Coloniensi congruas dispositiones et resolutiones edidisse. Hoc facto parte ab una anxiae sollicitudines, quae studentibus de frequentandis praelectionibus et repetitionibus obmotae sunt., animis eximentur, parte vero ex al-

tera votis magnae partis Cleri et populi occurritur, ut incommoda illa, quae culturae futuri Cleri nimis noxia fuere, congrua ratione sufferantur. Tanto autem minus potuit D. Capitularis Administrator in edendis illis resolutionibus anceps haerere, quum respectivi Professores, Docentes, Superiores et Repetitores in catholica facultate theologica et convictu Bonaensi non secus ac in seminario Cleri jun. Coloniae, omnes Ven. Capitulo Metrop. declararationem scripto praestiterint, de observando Apost. Sedis quoad scripta hermesiana decreto, quae declarationes ab universo Capitulo velut praescriptis SSi Patris satisfaciennes inventae sunt. — Utinam ordo et diligentia, quae inter studentes Theologiae cath. maximo cum solatio antea observabantur, brevi rursus renascantur. \*W.

Casselenses univ. Ephemerides e priv. nunciis referunt, Secretarium et Capellanum A. Episcopi Coloniensis, Michaelis, 31. Dec. p. a. e Minden Magdamburgum esse devectum. Rumor spargebatur, ipsi etiam ArchiEpiscopo aliam civitatem pro loco habitationis indicatum iri.

### *Virgines Colonienses.*

Paginae „Conservateur Belge“ Colonia nunciant, ejates sequioris sexus juvenes in capillis inter se condixisse, quod deinceps mixtas nuptias initurae non sint, utve omnem evitare possint tentationem, protestantes e suo consortio arcebunt. Decretum hoc, ajunt dictae paginae, solenni forma protocollo illatum et prima statim die 224 subscriptionibus munitum est.

v. \* e H.

---

Pag. 76. o. 7. trahendis, et pag. 77. o. 7. contribulis errores calami esse videntur loco: trahensis et contributibus.



*Id, in quo viri motus et conservationis conveniunt.*

Viris radicalibus (seu reformationis perpetuae) ab amicis non secus, atque inimicis saepe jam exprobratum est, eosdem — quod quidem facta et eventus extra omne dubium ponunt — utprimum ad potestatem pervenerint, non modo in fervore motus accelerati lanvegescere, sed ipsa adeo principia illa grandia sempiterni progressus abjurare. Interim idcirco fors damnari nequeunt, ipsa enim natura monere eos videtur, ut suae propriae ad minus in potestate conservationi studeant, etiamsi de orbis universi salute parum sint solliciti; id vero in culmine duntaxat potestatis advertunt, praecipitis illius motus principia necessario secum ferre, ut continuo ea, quae fastigium obtinuerunt, mox in profundum mergantur. Itaque licet radicales alias ubique motum praedicent, ubi tandem de ipsorum re agitur, conservatores naturaliter evadunt. — Nostra opinione id magis mirum videri debet, quod viri iidem, qui nuper adhuc principia illa liberalia motus, libertatis, aequalitatis, populi majestatis palam publice professi sunt, eaque e sympathia ad universos orbis terraquei populos propaganda, seditioes idcirco non tantum subornandas, sed etiam omni ope et auxilio promovendas docebant, imo suarum partium esse

publice gloriabantur, dum gubernacula regni his potissimum artibus arripere eis contigit, votoque damnati sunt, secundum illa deprædicata liberalia (universis et singulis saluberrima!) principia regnare se posse negent, imo ad eadem conservationis argumenta, quæ paulo antemagno ardore, nec minore adplausu impugnabant, confugere non erubescant, et quidem tali cum fiducia, ac si omnem præteritorum memoriam auditores perdidisse supponerent. Hinc fit, ut, si orationes eorum legantur, de præfixo nomine merito dubitandum sit, radicalemque reformatorem loco inveterati conservatoris ex errore nominari credere oporteat. — Audiamus vero tantisper Ministrum anglicum e Wigh, ac proinde motus factione proloquentem, dum quaestio nuper de seditione Canadensi in comitiis agitaretur, et quidam e radicalibus ablegatis (principiis suis convenienter) dandam seditiosis libertatem, neque eos armis ad obsequium cogendos urgerent; imo solatium suum e motibus illis palam profiterentur, D. Russell inter caetera haec protulit: „Equidem nihil contra philosophicum aestimatissimi Domini amici mei (Warburton), ablegati Bridportensis, argumentum \*) obvertere volo, e cujus sententia,

---

\*) Subtilis profecto inter philosophicum liberalis principii argumentum, et facta ipsa liberalia, distinctio, ac si — non magno utique cum philosophiae hodiernae honore — diceretur: philosophica tua argumenta dictu pulchra sunt, il-



si longinqva possideatur colonia, contra administrationem regni matris querelas obmovens, sive dein regiminis agendi ratio severae justitiae consentanea fuerit, sive non, sensaque coloniae de juribus suis rationi innixa fuerint aut minus; querelae autem ipsae ab hac aut illa coloniae parte proveniant, semper tamen amica coloniae a matre separatio effectui mancipanda est. \*) Quorsum tamen philosophicum hoc argumentum, si illud sequi re ipsa placeret, deducturum sit, ignoro. Regula ejusmodi, si rata haberetur, nescio, ad quam non regni partem aliquo saltem historiae nostrae tempore applicari posset. Multum sane dubito, utrum honorandus amicus, si illo tempore vixisset, dum dynastia hannoverana thronum regni hujus adepta est, dicturus fuisset, quoniam tum populus Scotiae successioni hannoveranae adversabatur, si is alium principem

---

la olim ipse ad speciem professus sum, in effectu tamen nihil valent, res enim prorsus aliter se habet; poëtica illa philosophia de paradyso terrestri mire infascinat animos, at si de gubernandis populis agatur, instar delirii habenda est. — Verum enim vero e philosophicis his argumentis liberalibus saepe jam realia omnino argumenta enata vidimus. Ad Antwerpiam, S. Sebastianum etc. etc. res serio acta.

\*) Haec eadem erat sententia philosophorum hodiernorum ratione Americae hispanicae. haec Dni Lafayette et caeterorum Galliae liberalium, tum radicalium Angliae, dum causae Belgii, Polonorum etc. agebantur.

ex alia prosapia cuperet, votis satisfaciendum esse, et unionem inter ambo regna ex templo dissolvendam. Non nego, thesim hanc, si tamquam sententia abstracta tractanda foret, argumentis sat verisimilibus propugnari posse; censeo tamen, eam cum dominio ac potentia magni cujusdam regni male convenire, eam collocaioni nostrae et cum aliis nationibus orbis relationi repugnare, persvasumque teneo, per eam demum omnem socialem ordinem publicamque salutem eversum iri. \*) Posito interim, nos extremam illam theoreticam aestimati amici doctrinam amplecti velle, suppressurine essemus per hoc — uti adseverat — pravos affectus et infestos animorum motus, quos omne bellum civile progignere solet, sopiremusne dissidia et exacerbationes, quae nunc, proh dolor! in Canada magnum gradum attigerunt? Creditne revera praeclarus amicus post habitas hodie ejusmodi orationes, ibi effrenatas lubidines hoc facto suffocatum iri?\*\*) Nondum satis edoctus est, ut intelligat, quod si ministri perniciosae ejusmodi consilia adoptarent, hoc ipso magnam partem subditorum Majestatis in Canada inferiore proscriptioni et omnium fortunarum jacturae, ipsiusque vitae periculo illico exponerent, quamprimum

---

\*) Atqui idem prorsus sentiunt etiam viri **conser-  
vationis!**

\*\*) Idem perpetuo quaerunt a liberalibus oratoribus  
viri **conservationis.**



regimen eam arbitrio inimicorum relinqueret?\*) Quid vero, non audiverunt comitia non pridem ab uno canadensi, nequaquam a Gallorum in ea provincia descendente, sed a commembro hujus curiae, in quo itaque sympathia tanta pro indigenis illius coloniae supponi haud potest, non, inquam audiverunt solatium de eo depromi, quod britannici milites signa deseruri sint? non spem enunciari, eosdem dicto ad signa sacramento infideles futuros? quod tamen nunquam eventurum confido.\*\*)

Non audivimus paulo ante quemdam ablegatorum de publicae ac privatae proprietatis violenta occupatione gratulantem, de occupatione proprietatis, cujus possessio decreto comitiorum sancita et coloniis britannicis solenni legum auctoritate addicta erat? Non fuimus testes significationis certi cujusdam gaudii, ab uno commembro hujus curiae britannicae de eo proditi, quod britannici subditi terris spoliandi et e suis domiciliis abigendi sint?\*\*\*)

Si jam aestimati amici propositionem adoptarem, arbitraturne per hoc tranquillitatem in Canada inferiore restitutum iri, omnesque Majestatis subditos in illa provincia a regimine praesidi-

\*) Mirum profecto, hos omnium revolutionum et seditionum communes fructus a liberalibus nunc primum perspicere.

\*\*) Alias fides militum a liberalibus liberaliter tentata!

\*\*\*) Iidem ministri hoc ipsum in Hispania eventurum, imo quotidie evenire non vident?

um obtenturos? Reflectendum habeo, Dnum Warburton, ministros tum male adimpletu-ros partes illas, quae ministris coronae incumbunt, si subditis britannicis nullum praestarent praesidium adversus illos, qui in lucta contra auctoritatem Coronae singulariter eminebant, semperque capitali odio in subditos britannicos, in illa provincia degentes, ferebantur. \*) Ex omnibus, quae mihi experientia innotuerunt, exploratum habeo, quod *factiones, quae seditionibus favent, easque propugnant, hoc non adeo ex amore in certam regiminis formam factitent, sed potius vehemente illa animi impetu ac lubricine agantur, quae ex anterioribus jurgiis et simultatibus superest, et cui in perturbatione civilium tumultuum magis inservire se posse autamant, quam si provincia sub communi ac legitima regiminis forma perseveraverat. \*\*)*

\*) Haec est omnino sententia virorum conservationis.

\*\*) Ipsissimum hoc etiam viri conservationis persuasum tenent. Idem profecto senserunt de novatoribus, radicalibus inde ab antiquissimis temporibus cuncti sapientiores; una eademque est vox hodiernorum et vetustissimorum scriptorum privatis partium studiis alienorum. At vero quis talia ex ore ministri reformationis, motus atque progressus perpetui exspectasset!

„Ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.“  
Sallust, Bell. Catil. 9.



*Similitudines in hodiernos Reipublicae viros.*

Quid, quaeso, de homine censendum foret, qui inde solatium se haurire diceret, quod manus aut pes sibi frangatur, vel resectetur? quid de medico, qui infirmo de eo gratularetur, quod morbus membrorum adeo invaluerit, ut manus vel pes amputari debeat? quid de causae patrono, qui se summa laetitia perfundi diceret ex accepto nuncio de partis fortunarum, quas coram jure defendit, amissione? — D. Leader, radicalis Vestmonasteriensis in Comitibus Angliae Ablegatus, nuper, dum de seditione Canadae inf., coloniae quippe Britannicae, quaestio in comitiis verteretur, gratulari se dicebat, quod canadenses armata manu regimini resistant, et sic a matre vi avellantur, spemque se alere manifestavit, eos, viribus ac potentia auctos citius tardius a M. Britannia plene recessuros. — Si Majestas revera in Populo et ejus vices gerentibus residet, primus est casus; si vero Ablegati mandatarii duntaxat regni, et procuratores publicae salutis sunt, casus posteriores rem adumbrant.

\*

*An catholici homagium Regi Hannoverano detrectaverint.*

Paginae Hamburgenses 2. Dec. (Unpartheische Correspondent) has literas continent e

regno Hannoverae de 3. Jan.: „Paginae belgi-  
 cae „Conservateur“ (jam desierunt,) et ex his  
 Stuttgardenses „t. Courier“ illud recepere nun-  
 cium: „„quod complures magistratus hanno-  
 verani Episcopum Hildesheimensem illa cum  
 interrogatione accesserint: an rex a nuncupa-  
 to ad Constitutionem (1833) juramento ipsos  
 solvere possit, anve novum, priori contra-  
 rium, jusjurandum nuncupare sibi fas sit?  
 Quodque Episcopus has quaestiones Capitulo  
 proposuerit, ac tandem in eo conventum sit,  
 ut causa haec suae Sanctitati proponatur.““—  
 Scriptor harum literarum e fonte fide dignissi-  
 me adfirmare potest, cuncta haec verita-  
 ti prorsus aliena esse, et ad innumera  
 illa commenta vanasque fabulas pertinere, quae  
 malevolentia aut ignorantia super hannovera-  
 na lege fundamentali anni 1833, et de jure-  
 jurando hodierno studiose spargere adlaborat  
 certi cujusdam scopi obtinendi causa. — Con-  
 stat enim nullum per regem Hannoverae jus-  
 jurandum ab ecclesiasticis aut civilibus magi-  
 stratibus exigi priori 1833 (non nuncupati!)  
 contrarium, sed subscriptionem duntaxat for-  
 mulae homagii olim in germania usitati, instar  
 reversalium, per quas nec Statibus nec alteri  
 cuiquam praejudicium infertur, nec religionis  
 conscientia subscribentis ulla ratione adfligitur.  
 Quantum post adcuratam percontationem au-  
 ctori harum literarum compertum est, magi-  
 stratus catholici reversales illas homagii prom-  
 tissime, absque ulla ulteriori apud quamcum



que jurisdictionem consilii expetitione, et absolute sine reservata subscripsere. Interrogatio, an obsequium ac fidem regi legitimo obstringere, anque sponsonem illam interponere liceat, quod quis regis ac regni prosperitatem pro viribus promoveri velit, singularis profecto videri deberet, et a quovis Episcopo aut jurisdictione ecclesiastica reprehendenda foret. — Quilibet ecclesiasticus et civilis in regno magistratus ipsa religionis conscientia, prout etiam quiscumque alter subditus provocationi ejusmodi regiae obsequium praestare obligatur, — et si nunc aut olim praeter expectationem anxio cuidam magistratui in mentem veniret, de illo ita dicto novo jurejurando Episcopis dubia sua proponere, illud certissime responsum recepturus esset: quod homagii reversalibus secundum divinas, ecclesiasticas et civiles leges absque omni reservatione aut conditione subscribi non tantum posse sed etiam debere, reversalesque has pro subscribente omni tempore vim obligantem habere. Caeterum redactio ephemeridum belgicarum, aut ille, qui memoratum supra articulum submiserat, ignorare videtur, Episcopos potius regni Hannoverani, cathedrale item Capitulum Hildesheimense et octo Archidiaconos dioecesis Osnabrückensis fuisse, qui habito cum sede pontificia literarum commercio annis 1832 et 1833 contra plerosque paragraphos Capitis V legis fundamentalis repraesentationes adornarunt, ac dein contra illam legem fundamentalem, in quantum

religioni et ecclesiasticae constitutioni grave periculum minaretur, protestati sunt. Inter haec rerum adjuncta, hosque respectus status et cabineti ministrorum collegium regni hannoverani 1833 Clerum a m b a r u m confessionum a nuncupando constitutionali jure jurando absolvit. Tanto itaque promptior erat universus clerus utriusque dioecesis Hildesheimensis et Osnabrückensis, praeuntibus Episcopis, Vicariis et A. Diaconis etc. ad homagii reversales mense Nov. 1837 a rege postulatas absque omni conditione subscribendas, quoniam Clerus et catholicam religionem in regno profitentes 250.000 incolae certam spem conceperant, benignitate regis justissimi omnia statuta legis fundamentalis anni 1833, vique ejus edita aut fors deinceps edenda praecepta, in quantum religioni catholicae, libertati et constitutioni ecclesiasticae adversarentur sublatum iri.

v. \* e B.

---

*Episcopi Montis-Regalis in Canada christiana Consilia.*

Paginae Americanae communicant pastorales literas Episcopi catholici Montis-Regalis (Montreal) in Canada inf., ad clerum et populum fidelem datas. Monet in iis impense de conservanda pace; adjiciens se hoc nullo externo impulsu sed religionis conscientia facere, ni-



hil enim se a regimine adeptum esse, sed nec quidquam ab eodem sperare. v. \* e. B.

---

*Controversia jurisjurardi in Pago (Cottu) Glaroensi terminata.*

Paginae polit. monachienses has dant literas sui familiaris e Helvetia boreali: „Controversiae, quam magistratus glaroenses cum octo sacerdotibus hujus Pagi propter nuncupandum jusjurandum jam a longo tempore habuerant, quaeve in seria inter catholicos et protestantes Glaroenses incolas disidia degenerare minabantur, tandem sententia triplicis Senatus gubernii ante octo dies lata, decisa est, et quidem in favorem cleri catholici: clausula in formulam jurisjurandi antea inserta, quae sacerdotes, in occurrentibus casibus ad arcum confessionis pandendum stringere debuisset, exmissa est. Resultatum hoc sacerdotes gravibus communitatum ad altiora dicasteria ante aliquod tempus factis repraesentationibus debent; quod in novissimo Senatus gubernii concluso peculiariter declaratur. Id utique sponte intelligitur, quod iis, qui religiosa jurgia in Pago Glaroensi exoptarunt, pacificus causae eventus i. e. sapiens magistratus Glaroensis facilitas, in visu omnino sit; at vero amici ordinis et pacis de felici rei exitu tanto magis gratulantur. Id profecto notari meretur, quod regimen Friburgense apud regimen Glaroen-

se pro catholicis hujus Pagi sacerdotibus intercesserit, quod illi a radicalibus in grave vitium vertitur. v. \* e B.

---

*Facultas ad alteras transeundi nuptias ad muhamedanas in Crimea extensa.*

Administratio muhamedana ecclesiastica in Tauride legis, quae in Russia malae famae virorum uxoribus jus tribuit, ut exactis quinque annis ad alias nuptias transeundi facultatem ab ecclesiasticis superioribus rogare possint, ad muhamedanas etiam feminas extensionem petiit; quam legis dispositionem cum muhamedanae religionis ministrorum conventus, Orenburgi celebratus, regulis islamismi nequaquam repugnantem invenerit, idcirco Minister internorum negotiorum Senatui imperii propositionem fecit, et hic precibus muhamedanorum detulit. v. \* e B.

---

*Vita longa per 13 regimina protensa.*

Podnii (Puy in Gallia) in hospitali vivit quaedam mulier: quae ante aliquot dies annum aetatis 116 exegit, et valetudine minime adhuc fracta perfruitur. Regimina Ludovici XV, et XVI-i, comitorum item constituentium, et legislativorum, tum Conventus, Directorii, Consulatus, Imperii, Restorationis, 100 die-



dierum, Ludovici XVIII-i, Caroli X-i supervixit et sperat etiam Ludovici Philippi regimine se longo adhuc tempore perfruituram.

v. \* e W.

---

*Maxima navis vaporaria in Gallia.*

Die 2. Dec. in Portu Gratiae maxima, quae hucusque in Gallia aedificata est, navis vaporaria „Tagus“ e navali in mare demittenda erat. Sexcentarum tonnarum capax est, et machina ejus 172 equorum vi pollet; cursum instituet inter portum Gratiae, Vigo, Portum, Ulyssiponem et Gades. E lithantracibus 150 tonnas, e mercibus 200 ton. et praeterea 100 itinerantes vehendo erit, et postquam ad Vigo et Portum alligaverit, Ulyssiponem intra 90 et Gades intra 120 horas adpellet. Machinae e fabrica Cockerilliana, et secundum novum systema adparatae sunt, ita ut intra horam 800 duntaxat Kilogr. carbonum consumet.

---

*Populus Canadensis.*

De Canada paginae anglicae haec communicant: Colonia haec exemplum singulare praebet velocis incrementi quoad munerum incolarum, et quidem maxima ex parte per immigrationes ex Enropa. Anno 1760 Cana-

da 65.000 incolas numeravit; 1784. jam 113.000 animae censebantur; 1825, numerus populi in sola infer. Canada 450.000 effecit, qui 1836 jam ad 600.000 positus est. Canada sup. habuit 1824: 149.000 incolas, nunc vero habet 375.000. — Provincialis in Canada inf. repraesentatio per conventum 90 membrorum exercetur. Dum in inf. Canada 1831 census populi initus est, e 511.917 animabus 403.472 ad cath. religionem et 108.445 ad protestantes spectabant; e catholicis 50.000 angl. erant originis, si hi ad numerum protestantium addantur, 158.445 ab anglis et 353.472 a Gallis sunt oriundi. In institutis publicis industriae (argentariorum domorum, vaporariarum navium, luminis e gaz, assecuratoriarum societatum) in districtu Montreal summa capitalis 938.390 l. st. conflata habetur; ex ea tamen 846.221 canadensium brit. originis incolarum proprietatem constituunt, et tantum 92,169 l. st. catholicis gallicae originis propriae sunt. Protestantes 158.445 in diversas confessionum sectas abeunt, et 34.000 duntaxat ad anglicanam ecclesiam pertinent, ceteri sunt presbyteriani, methodistae, baptistae et tantum 107 iudei exponuntur in elencho populi. Ab anno 1829 usque 1835, ambobus his annis inclusis, in urbem Quebec 211,159 emigrantes adpulerunt; e quibus 53,000 ex Anglia, 26.000 e Scotia et 128.000 ex Hybernia fuere.



*RR. Jos. Rácz A. Diac. Tibisc. et Franc. Göbel  
Can. schol. jun. in A. Dioec. Colocensi.*

C. R. Ap. Maj. Josephum Rácz, Parochum  
Keczelensem — A. Diaconum Tibiscanum; et  
Franc. Göbel, oppidi Temerin Parochum, Cano-  
nicum schol. in A. Dioec. Colocensi bb. nomina-  
re dignata est. H.

---

*P. Eder Abbas Meliciensis (Mölk) electus.*

Vienna, 17. Jan. Priore hebdomada ele-  
ctio novi Meliciensis Abbatis coram Gubernii  
Cousiliario, velut Commissario Caesareo per-  
acta est. Suffragiorum majore numero Aulae-  
Magister P. Eder, pietate et patientia christi-  
ana notus, in Abbatem electus. — Opulenti  
hujus ordinis Abbas una Ordinis Praelatorum  
inf. Austriae Praeses est. H.

---

### *Magyar tudós társaság.*

Emlékezetbe hozatik, hogy a' VII. nagy gyü-  
lés által kitüzött ezen törvény - tudományi jutalom  
kérdésre: *Honnan vette eredetét az ősi javak' elide-  
genítésének korlátozása? mikép gyakoroltatott az kor-  
szakonként? 's a' polgári társaságra nézve általában  
mik voltak annak hasznos és káros következései, min-  
den oldalról; valamint a' természettudományira is:  
Készítessék bármelly, magyarországi, hozzá kapcsolt  
tartományokbeli, vagy erdélyi, terjedelmesebb vidék'  
természettudományi leírása: a' pálya-munkák' bekül-  
désének határideje, mellyen tul semmi kézirat el  
nem fogadtatik, folyó évi mart. 19. Mindenik ju-  
talma száz azany drámai jutalomra vivendő vigjá-*

t é k o k' beküldetésének határnapja f. évi mart. 24. A' kéziratok idegen kézzel, olvashatólag és csinosan írva, lapozva, kötve, 's a' szerző' nevét rejtő jeligés levélkével ellátva legyenek. 'S ez alkalommal a' pályázók, a' mult VIII. nagy gyűlés következő végzéseire tétetnek figyelmesekké: 1. A' társaság' mindennemű jutalomtételeire beküldendő pályamunkák' ügyében illy újabb végzések hoztattak: 1) Mind az illető bírálók', mind a' társaság' tekintete' érdekében a' pályamunkák' kéziratai ezentúl ki nem adatás' esetében is, a' társaságnál maradnak, a' nélkül természetesen, hogy a' szerző, munkája' sajtósági jogát elvesztené. 2) A' pályamunkák' idegen kézzel iratása kikötő feltétel levén, ha a' jeligés-levél' felbontatása után kiteszenék, hogy a' munka saját kezeirása a' szerzőnek, ez a' jutalomtól elesik. 3) A' bírakat akár levél által, v. akármi máskép darabjáról értesíteni, tilos; 's ha a' pecsétes levelkék' felnyitása után még is kitudódnék a' levelezés, az illy szerző a' jutalomtól hasonlólag elmozdíttatik. Egyébiránt a' netalán értesítendő bírálónak kötelessége történt felszólítására iránt pecsét alatt a' kisgyűlésnek beadni jelentését, melly a' jutalom kiosztás' esetében fel fog nyitattani. Pesten jan. 10. 1838. D. S c h e d e l F e r e n c z titoknok.

**Figyelmeztetés.** Kénytelen vagyok ujra is felkérni mind az akademia' tagjait, mind egyéb hazánkfiat, kik egy közönséges levél' sulyát meghaladó nyalábot küldenek a' magyar tudós társasághoz, hogy azt ne postán, hanem magányos biztos alkalom által intézzék az academia' titoknoki hivatalához (uri utca, 612. szám, 1-ső emelet): különben, mint már történt, vissza kell utasítani. Magában értetik, hogy, midőn saját ügye forog fen a' küldőnek, levele vagy csomója, bérmentesen küldessék. Pesten jan. 10. 1838. D. S c h e d e l F e r e n c z titoknok.



## B E S Z É L G E T É S.

*A' művelődésről.*

Tanítvány. Ámbátor az eddig eléadott oktatások egyenként, és külön véve alaposoknak lenni látsznak nekem, de mind e' mellett még sem merném reményleni, hogy azokat az emberek mindnyájan elfogadják, 's általában egészen lemondjanak a' philosophiáról: mert úgy a' művelődésben és csinosbúlásban nem lehetne haladni, 's tökéletesbűlni.

Oktató. Óh fiam! tisztelet, böcsület a' józan philosophiának: de ezt a' mait, ezt a' szabadelvüekét, melly fokokként teljes valástalanságra fajítja végre követőjit, vajha minden ember megvetné, 's elutálná! vajha az ettől eredő álművelődés', csinosulás' szerföltti árjának gát vettetnék! mert épen ez az, melly iszapjával mindenütt lerakja maga után a' philosophusi mirigyanyagot.

Tan. Azt hiszi e hát, oktató úr, hogy a' túlongó csinosulás is merő csalkép, és kelepce az embernemre nézve?

Okt. Én részemről teljesen áthatva hiszem ezt, 's bizonyosnak tartom, hogy a' minden mértéken túl üzött műveltség' himzett leple alatt lappang egyik legerősb eszköze a' szabadelvüeknek a' rendbontásra, a' zavartámasztásra, az emberek' megvesztegetésére.

Tan. Ez egy kis túlzásnak látszik nekem: de még is tessék, kérem, erről a maga értelmét világosabban kifejteni.

Okt. Ambár az emberi dolgokban a tökélynek tulajdon igaz, és általános pontját ki nem mutathatjuk; de a' legvégsőbb fokig üzött emelkedeten sem állíthatjuk azt lenni; hanem egy olly bizonyos közép ponton leljük, melly a' szerfelettséggel járn szokott bajaktól innen is onnan is egyaránt távul vagyon. Vegyük, például, a' levegőt, melly életet. Itt az igen nagy hőség, valamint az igen nagy hideg is terhes, alkalmatlan, halált is okozható; ellenben a' tökéletes mértéklet az, mellyben sem hőség, sem hideg nem terhel szerfölött. — A' setétség alkalmatlan, az igen nagy fény szemet ront: tehát az a' világosság tökéletes, mellynél a' tárgyakat megkülönböztethetjük, 's munkáinkat akadék nélkül végezhetjük. — Fölötte sokat enni, valamint minden étektől magát egészen megfogni, halálos: táplálatunk' tökéletes mértéke az, melly erősít, 's életben tart. — Az igen sok, és erős mozgás tikkaszt; a' folyvásti munkátlan nyugvás elernyeszt. — A' nagy és sokáig tartó csend komorit; a' harsogó éles lárma kábít. — A' bűdösség bánt; az igen hatás illat bódít. Szóval: semmi nincs tökéletes a' világon a' mértéklet' határain kívül. A' mit pedig a' természetnek, és emberi társaságnak viszonyaiban, 's rendszerében tapasztalunk, ugyanaz áll a' műveltség' dol-



gában is. A' népnek igen vastag tudatlansága kétség kívül káros befolyású a' társaság' jólétére; de szintúgy ártalmas szerfölötti, 's helyzetén fölüli puha csinos dása, és miveltsége: ezt csak úgy, és akkor lehet tökéletesnek tartani, ha mind az ostoba durvaságtól, mind az igen fölözött túlságos művelődéstől egyaránt távol vagyon.

Tan. Mi okból állítja oktató úr, hogy a' népnek szerfölötti művelődése ellenkezik a' társaság' jólétével?

Okt. Mivel a' fölötte kimivelt nép nem töltheti be a' társaság' minden szükségait, és mivel a' hol rendkívül nagy a' művelődés, ott tévelygés is sok van, ott az engedetlenség' a' romlottság is elhatalmaz a' népben.

Tan. Mutassa meg, kérem, hogy a' mértékletlenül kimivelt nép nem felelhet meg a' társaság' minden szükségéinek.

Okt. A' társaság' valódi jólétére egyáltalán szükséges, hogy abban az emberek különféle osztályokra legyenek szakaszkodva; hogy ezen osztályok sokasága arányt tartson a' társasági szükségek' számával; hogy végre mindenik békével, 's jó kedvvel teljesítse osztályához kapcsolt kötelességeit. Mind az tehát, a' mi oda céloz, hogy összezavarja ezen osztályokat, hogy azoknak némellyikeit a' többinek rövidségével fölötte tele töltsé, 's az egyes tagokat osztályukkal járó kötelességeik békes, és szíves teljesítésétől elvonja, ez mind rendetlenségre vezet, megháborítja a' társa-

ság' ép állapotját. — Hogy erős, és csinos alkatú legyen valamely épület, kívántatnak ahoz sok kemény, és goromba kövek alapzatúl; de faragott csinos darabok is a' homloksfalhoz, a' párkányokhoz, karimákhoz, rovatékokhoz, a' szobák', és teremek' ékesítéséhez. Ha már valaki túlságos szépéretből, 's a' csinosra szerfölrött szaggató indulatból az építéshez kívántató egész anyagot merő pártázatok', karimák', koszorúk', oszloplevelezetek', 's egyéb diszitmények' módjára akarná készíteni, az ilyen czifra tördelékekből épült ház bizonyára csak kaczajja lenne az okosoknak, és könnyen engedő játéka a' viharoknak. Szint' ekképen a' társaságnak jó, és nyugalmas felletére szükségesek kétség kívül mivel, felvilágosodott, tanult férjfiak, kik tanácsban üljenek, törvényt lássanak, tanító székekről oktatásokat adjanak; szükségesek egészségre ügyelő orvosok, jogot, tulajdont védő törvénytudók; szükségesek többféle szépművészek, kik a' társas élet' kellemeit teremtsék, szaporítsák; szükséges egy olly magasabb állású jól nevelt, 's minden oldalú miveltséggel felkészült személyek' osztálja, kik a' különféle fensőbb hivatalokat viselhessék, és példájokkal, közlekedésökkel az alnép' természeti darabosságát simítsak, csinosítsák: de mind ezek mellett szükségesek kovácsok is, kik vasból, asztalosok és ácsok, kik fából, vargák és csizsmadiák, kik bőrből, 's más kézművészek, kik egyéb anyagból dolgozzanak, és a'



társaságnak szükséges szereket elkészítsék; szükségesek nagy számú földmivelők is, kik szántsanak, vessenek, arassanak, takarítsanak. Mindenek fölött megkívántatik pedig, hogy mind ezek az efféle osztályzatú emberek állapotjokkal megelégtültek legyenek; hogy a' nap' hevét, vagy műhelyeik' gőzét békével tűrjék, hogy egymás' sorsát ne irigyeljék; hogy ez vagy amaz a' maga helyzetét ne tartsa akár természet' mostohaóságának, akár emberektől eredő igazságtalanságnak, 's ne késértessék mindegyre, szűk, és fogyatkozott elmetehetségeinek, 's ügyetlenségének ellenére is, kiszakaszkodni alacsony osztályjából, 's felsőbb rendbe emelkedni, és haszontalan terhévé válni a' társaságnak. Mint-hogy pedig a' kelleténél meszszebb vitt 's minden osztályokra kiterjesztett miveltség az alsóbb rendűekben szükségképen elégtelenséget szül, 's oda vezérli őket, hogy, többre, 's magasabbra vágyván, osztályjaikat csoportosan oda hagyják; minthogy tovább, ha a' miveltség minden osztályokra egyaránt kiárasztatnék 's a' legfőbb fokig üzettetnék, szükségképen oda kellene jutni utóljára, hogy az emberek mindnyájan, vagy nagyobb részben merő tanúltak, tudósok, philosophusok lennének, 's így senki, vagy csak kevés találhatnék, ki az alacsonyabb, 's mind a' természeti, mind a' polgári élethez kerülhetetlenül megkívántató dolgokban akarna foglalkozni, és segéd kezeket nyújtani a' társaságnak. Így

a' legfőbb pontig űzött, 's terjesztett műveltség egyenesen az egész társaságnak felforgatását, romlását vonná maga után.

Tan. Nem lehetne e oda jutni, hogy a' művelődés tellyes mértékben terjesztetnék ki az alsóbb osztályokra is, és még is az emberek azokból ne kívánkoznának ki, és fölebb?

Okt. Minden ember természeténél fogva arra törekszik, azt ohajtja, a' mit legjobbnak tart; ha tehát a' mértékfölötti műveléssel mindegyre az adatnék a' nép elejbe, hogy a' legjobb életmód a' műveltségben, tudományosságban, kicsinosult állapotban taláztatik, lehetetlen volna neki elégülten, 's nyugtos készséggel foglalkozni olly állapotban, mellytől majd nem minden tudományosság, minden szebb művelődés, és csinosodás távul vagon. Illyenek valóban, a' fölösleges, és állapotjuk kívánatin túl vitt művelődés 'által mintegy magokból kikapatva egészen lesujtottaknak érzenék magokat alacsony osztályokban, mindegyre szabadúlni vágnának abból, hogy fölsőbb rendübe léphessenek; irigykedések, czivódások támadnának; a' társasági külön fokozatok egymásba keverednének, 's így a' művelődés' túlsága csak inséget, 's zavart szülne a' társaságban.

Tan. Ezekből valóban látnivaló, hogy a' szerfölött kimivelt nép nem felelhet meg illő, 's kellő mértékben a' társaság' minden kívánatinak, és szükséginek; hogy azért a' fölötte nagy műveltség a' társaság jól rende-



zett, 's nyugalmas állapotjával nem fér össze: de azt ohajtanám még kivilágosítani: mikép szolgálhat a' mértéketlen kimiveltség tévelygés', engedetlenség', és erkölcsi romlás' terjesztésére is?

Ok t. Az emberek romlott természetök-nél fogva alájok vannak vetve a' szenvedélyek' ingerinek; mivel pedig a' tévelygés hizeleg a' szenvedélyeknek; az igazság ellenben tusakodik velek, azért tévelygésre hajlítják az ember' szívét, 's elvonják az igazságtól. A' tévelygés mindazáltal maga szerint annyira gyűlöletes ellenese az emberi észnek, melly az igazság' szeretésére van alkotva, hogy senki, vagy csak igen kevés merné magát valamelly általa elismert tévelygés' követőjének vallani; azért, midőn tévelygés' követésére akarják embert a' szenvedelmek venni, igyekeznek azt gondosan betakarni, és az igazság' leplébe öltöztetni. De mivel ennek az igazság' színével mázolt tévelygésnek megismerése, 's különböztetése a' valóságos igazságtól sok elmélkedést, nagy szorgalmat, mély bölcseséget kíván, azoknak, kik az igazságot megtudják a' szenvedélyek' sugallásinak daczára is választani a' tévelygéstől, valódi bölcseknek kell lenniök, vagy annyi alázatossággal, 's tanulékonyssággal birniök, hogy alája adják magokat más nálok-nál tanultabb, 's bölcsebb emberek' ítéletének. Már, ha a' kimivelés mind azokra a' nagy tömegű emberekre elterjesztetnék, kik

szegény, és alacsony sorsban születtek, és ezeknek az oktatás' végével ismét vissza kellene szorúlniok apró kereskedésü bódécskájikba, vissza dolgozó műhelyeikre, vissza a' földmívelésre, gyártásra, kovácsolásra, 's egyéb durva foglalkodásokra, így ők bizonyosan még nem sokat gyűjthetnének magoknak a' valódi teljes bölcseségből, 's még is ez a' néptömeg a' mívelésnek és tudománynak, foghatóságához képest, csak csekély mértékkel gyűjthetett elemeiben is felfuvalkodva, az indulatoktól ingereltetve, 's a' csábítók' írási, és beszédi által elámítva, és fellovalva, képesnek tartaná magát magától itélni meg mindent, 's nem birna többé elég alázatossággal, és tanulékonysággal arra, hogy az igaz bölcsek' ítéletén megnyugodjék. Így történik aztán, hogy a' religio', 's józan philosophia' tanítmányi, a' nép' jogai, az ország' dolgai, a' fejedelemség' alapjai, a' kormány' intézeti 's több ilyen társas életi viszonyokat illető kérdések mind a' nép bírószéke elejbe vonatnak, a' műhelyeken, csapszékeken, kávéházakban vétetnek tanácskozás alá, 's az indulatok' kívánsátihoz szabva hozatnak az elhatározó ítéletek. Ilyen módon terjed a' népnek módfölötti művelődése által a' tévelygések' országa, a' nemzetek' megíomlása. Innen ered az is, hogy az alsóbb osztályúak megizelítvén a' miveltség kellemeit, az azzal járó könnyebb, és kényelmesb életmódot is megkívánják; mivel



pedig ennek megszerzésére alacsony sorsukban nem találnak módot, a' fölsőbb rendűek' vagyonosabbságát irigy szemmel nézik, azt a' társasági kapcsolatban igazságtalanságnak tartják, 's ugyanazért az egyenlőségről terjegetett szédítő tanítmányok' maszlagát örömmel fogadják, mohon falják, 's mindég készek, mihelyt út és mód nyílik rá, a' mások' tulajdonát, megrohanni, 's magokhoz ragadni. — Így válik a' meszszeüzött, 's meggondolatlanul terjesztett miveltség apadhatatlan forrásává az erkölcsi megvesztegetésnek a' népben, és zavarindításoknak a' társaságban.

Tan. Tehát, oktató úr' véleménye szerint, inkább kellene a' tudatlanságot kegyelni, mint elősegíteni a' művelődést?

Okt. Mondottam már, hogy a' közép utat szükség felkeresni, 's egyaránt távozkodni mind a' két végsőségtől; mert egyaránt hibás mind a' kettő. A' hol a' tudatlanság, és bárdolatlanság kitűnőleg elhatalmazott, annyira, hogy azon osztályok, mellyeknek tanult mivelteknek kellene lenniük, nem eléggé azok, vagy a' nép' részéről is fogyatkozott az oktatás, ott szükséges a' tudományosságot, és kimivelést mindegyik osztályban annak szükségéhez alkalmazva, előmozdítani, és alsóbb, fölsőbb tanító intézeteket állítani. Ha ellenben a' csinosodás', és tudományok' terjesztése mód nélkül meszsze ment, szükséges gátot vetni, nehogy a' túlságos művelődés árja úgy elborítsa a' társaságot, hogy

abban minden jóerkölcsöt, minden vallásos érzeményt, minden józanságot és mértékletet elfúlaszson. Általában ne csak ne kívántassék, hanem meg se szenvedtessék a' mindenfelől setét vastag tudatlanság, hanem tanitassék mindenik annyiban, a' mennyi azon osztályhoz kívántatik, mellyben él, 's érje el ott a' miveltségnek azon fokát, melly neki hasznos lehet, de nem a' túl menő fölöslegét, melly csak kárára, 's terhére szolgálna. Maga a' szent Lélek is azt mondja szent Pál' szája által, hogy ne túlságoskodjunk, hanem tarttsunk mértékét a' tudományban. A' nékem adatott kegyelemtől sürgettetvén, úgymond, mindennek, valaki közönségtekben vagyon, meghagyom, hogy főlebb ne bölcselkedjék annál, mint illik bölcselkedni; hanem a' józanságnak határáig bölcselkedjék. Rom. XII. 3. Ezek szerint elég az alsó osztályúaknak, hogy tudják az olvasást, írást, számvetést; hogy a' religiónak alapos, és tiszta ismerete mellett azon kézművességben, vagy egyéb foglalkozásban, melly által keresniek kell élelmöket, jól kitanúlttak, ügyesek, alkalmazsak legyenek. A' főbb rendűek pedig gyűjtsenek szorgalmasan ismeretet, tudományt, valamennyit csak képesek gyűjteni Istentől vett elmetehetségöknél fogva, 's tegyék így minél alkalmazosabbakká magokat a' társaságban létező különféle nagyobb, 's kisebb tisztek'



hivatalok' viselésére, az alrendűek' haszná-  
 nak, és a' közjónak előmozdítására: de soha  
 ne éljenek vissza tudományukkal, soha ne  
 fordítsák azt a' jámbor erkölcs' megvesztege-  
 tésére, az isteni felelem', a' vallásos érzés'  
 kiirtására, az együgyűek' elcsábítására, és  
 a' feslettség', zabolatlanság', engedetlenség',  
 zendülés', pártütés' gyúlasztására. Ezekben  
 áll a' szükséges mértéklet; ezek a' határok,  
 mellyek között tartóztatni kell a' tudomá-  
 nyosság', művelődés', felvilágosodás' terje-  
 dését, hogy túl ne csapjon a' józanságon, és  
 haszon helyett temérdek' károkat ne okozzon  
 a' társaságnak.

---

*Verus et primitivus „Contractus socialis“.*

Fragmentum, infra adductum, excerptum  
 est e dissertatione quadam, quae in 6. fasci-  
 culo periodici operis „Concordia“ Francisci  
 Schlegel (Viennae 1823) invenitur, et e ca-  
 lamo ingeniosi auctoris operis: „Hispania et  
 revolutio“ profluxit. Dum ad depromptam hic  
 sententiam, quae tunc etiam paucis duntaxat  
 nota, et fors jam ab his etiam plerisque obli-  
 vioni tradita est, adtentionem reflectimus, bb.  
 lectorum propensa in nos studia emereri spe-  
 ramus. — Quanta abinde evenerant, eveni-  
 untque quotidie, quorum vera ac genuina in-  
 doles ac significatio tum tantum intelligitur, dum  
 ex illo visus puncto considerantur, ex quo po-  
 liticarum rerum magni ingenii scriptor quidam  
 domesticus eventus illos intuitus est!

„Omnes in hac vita constituti mortales id sentire et cogitatione assequi debent, quod existentia per id duntaxat, quod est, et revera existit, comprobari possit; quod vires tantum ad ea, quae praesto sunt, se exerere, et sola voluntas ad futura agere valeat; quod fundamentum civitatis non in forma externa, quam induit, sed in spiritu et anima, quae in eadem de generatione in generationem superstes perennat, consistat; quod praecepta humana, humanae leges, humanaeque vires cum iis duntaxat colluctantur, quae praesentia sunt, neque futura complecti et comprehendere possunt; quod futurorum temporum ratio non in actionibus imperio subjiciendis, sed in voluntate subjuganda fundetur; quod animae duntaxat inter se junctae — non vero corpora, continuis mutationibus obnoxia — constanter simul victurae sint.

Hinc verum societatis civilis principium ac fundamentum in vinculo voluntatis, in religione certissime invenitur; haec homines inter se conjunctos tenet, estque illud pactum et foedus, quod cunctas societates praecedit. En verum sociale pactum fundamentale, et historia docet, ibi, ubi illa defuit, nullam nationem, nullam familiam exsurrexisse; et ubi illa desiit, parta quaeque, nationem ac familiam perire et in nihilum recidere debuisse.

Videmus itaque, ubi sit quaerendus fundamentalis contractus socialis: non estis quippe prae-  
vie conducti! et antehistorica hominum conven-



tio, sed est inde ab exordio omnium historia-  
rum agnitionem voluntatis vinculum, scilicet re-  
ligio. Haec societates progignit, haec eas-  
dem etiam conservat. Recte igitur nova etiam  
schola docet, fundamentalis pacti agnitionem  
ad conservandam civitatem necessariam esse,  
et qui illud negaverit, eum in republica feren-  
dum non esse. Ideoque exigit, ut quilibet fun-  
damenta civitatis suae — vinculum illud vo-  
luntatis, constitutionem — condiscat,  
intelligat et rata acceptaque habeat. Idem do-  
cebatur omni tempore, et in quavis civitate, ac  
revera illi tantum, qui fundamenta civitatis ad-  
discunt, explorata habent et fide recipiunt, in  
ea, ut cives, vivere possunt. At veteres, vi-  
rium ac roboris sui conscientia freti, erga er-  
rantes, discentes, aut opinione differentes sin-  
gularem praesetulerunt tolerantiam, quoniam  
re ipsa, i. e. in veritate vixerunt, quod facere  
recentiores non possunt.

Quid est ergo in civitate necessarium?  
Idem, et prorsus illud idem, quod recentiores  
volunt, quoniam id ipsum antiquum est; ut sci-  
licet singulus quisque in civitate, si activum  
in eam influxum habere cupit, vinculum volun-  
tatum, pactum fundamentale — constitu-  
tionem eis appellare placet, nobis vero re-  
ligio est — ratum sanctumque habeat, est  
neesse, neve ullus contra illud quidquam a-  
gere, scribere et loqui audeat, et novus quis-  
que civis ad illud per parentes et docentes in-  
stituatur.

Novissimis temporibus vadimonium (garantia) pro civitate, seu societate, pro regente et populo in agnitione constitutionis quaeritur, et certe in ea etiam consistit, nam vera constitutio civitatis est ejusdem religio. Quodsi ea vera, viva et efficax est, si voluntates firmiter conjungit, si proxime adfuturis temporibus per id hominibus imperat, quod iisdem media suppeditet, in remotissima tempora dominandi, et imperium exercendi, si ea, quae proximè ventura sunt, secunda reddit ideo, quia simul cuncta futura tempora sarta lectaque praestat, tum quidem constitutio, vel potius religio civitatem salvam conservabit; at si ea idolum quoddam sit: pecunia, error, mendacium, tum civitas corruet, quamprimum forma et species vitae, quam adhuc gestat, quae tamen veritatem dereliquit, et quam nunc error induit, destructa fuerit.

Pactum fundamentale cunctarum europaearum civitatum ante haec non in contingentibus seu fortuitis eventibus, non in formis et verbis inanibus, quae constitutionem vocare placet, consistebat, minus adhuc in illa sic dicta constitutione, quam hodie artificiose fabricare quidam contendunt; principia ac fundamenta ejus non constituebant jura quaequam imaginaria; ita nec securitatem ejusdem faciunt leges et instituta, quae revolutio quaeque et vana quaevis libido ac levitas magni illius infantis, populi, in lutum projicit et conculcat, sed potius veritates aeternae, verbum immortale, vinculum voluntatis, quae cuilibet nota esse possunt, quia



cunctis mortalibus in genere promulgata sunt. — Omnia regna europaea Dei ejusque praeceptorum cognitioni innituntur; in publica horum agnitione per formarum, ab ecclesia praescriptarum, observationem, non vero in nuncupando formulae constitutionali jurejurando consistit agnitio pacti fundamentalis.

Qui intellectum et corpus excolit — quod hodie educatio vocitatur — parat se duntaxat ad eorum, quae praesto sunt, majorem aut minorem usum capiendum, ad perfruendum et ad consumendum se accingit; qui vero voluntatem suam ligat, ultra aedificare et comparare pergit. Si parentes et civitas intellectum duntaxat et corpus excolunt, eorum, quae consistunt, destructioni et vitae praesenti intenti sunt; si vero voluntatem vincunt, venturorum, et posterorum, vitae prospiciunt. Cur hodie animos quorumvis occupat suspicio? quia nemo id palam publice profitetur, quod voluntatem ligat. Inde tanta omnium ab arbitrio formido; sola enim religio de praeceptis Illius loquitur, qui ab aeterno est, omnes modernaev civitatum constitutiones de eorum solummodo praeceptis loquuntur, qui erant, vel intereunt. — Illo tempore, dum adhuc cognitio aderat, et aliquid intellectum est, fides mutua vigeat ideo, quia in civitate non secus ac in familiis aetatis perfectae et jurium ratio a publica professione de agnitione praeceptorum ejus, qui est, dependebat; et si quis Eum abnegasset, vel tantum in dubium vocasset, is ita prorsus fuisset habitus, uti hodie illi solent, qui novum pactum fundamentale negare, aut in dubium trahere praesumunt. —

Agnitio unius Dei vivi, amorque proximi ab eodem praeceptus, i. e. decem praecepta Dei, quia voluntates frenant, Europam e fundamentis erexerunt; agnitio vero jurium hominis, et majestatis, seu despotiae populi, ea, quae praesto sunt, in u-

sum convertere et consumere, atque sic demum Europam evertere possunt. — Gravissimus sane actus populi et magistratum fuit semper, et ad hodierna usque tempora mansit in omnibus civitatibus jusjurandum; at olim non unus alterve articulus, seu formulae quaedam caducae, mox interiturae, sunt juramento sancitae, sed verum et genuinum pactum fundamentale (legislatio Dei) est dicto sacramento agnitum, i. e. publice declaratum, se obedientia et obsequio praecinctum ac munitum esse, paratumque supremo judici, summaeque justitiae semet subdere. — Populus Superioribus suis fidem nunquam tribuet, ni exploratum habeat, voluntatem eorum ligatam esse; superiores nunquam in populo fiduciam locabunt, nisi compertum aequae habeant, ejus quoque voluntatem freno contineri. — Omnes imperantes in Europa praecepta Dei agnoverunt; quidquid his adversatur, actum et mortuum est, nec vivet unquam; quod iis contradicit, interit. Si populi dubitare docentur, regna subvertuntur; si juvenus absque fide educatur, regna exstinguntur; si juvenus absque religione educatur, futura aetas occiditur. — Id, quod in Europa vitam egit, non erant formae, quae neminem superstitem conservare possunt, sed fuit spiritus, qui formas progignit, quemve doctrina, institutio, bonaque exempla conservant. Homo nec vivere, nec veritates condere potest, sed id, quod accepit, ultra propagare, vel otiosum relinquere.

Intime persvasi adfirmamus: clamorem pro *pacto fundamentali* haud esse petulantiam, seu nequitiam populorum et hominum, verum *necessitatem*, cui in societate sub poena supplicii satisfieri debet. At vero petulantia atque nequitia hominum est, in locum agnitionis *veri pacti fundamentalis*, populis opus quoddam hominum velut idolum obicere; verum enim vero mercedem mox recipient: prima namque, quae huic idolo cadet victima, erunt ipsae illae manus, quae illud fabricaverant.“ — — —————  
 v. \* eB. p. W.



## BESZÉLGETÉS.

*Az Ósiségről (aviticitas).*

*Beszélgetők: Józanfi, és Divatfi.*

**Divatfi:** Csak igaz az, hogy a' mivelődésnek nagy rúgékonyssággal kellett az előbbeni századok vastag homálynán keresztül törni, minthogy ama durva közép kornak intézvényei olly szövevényesen valának elrendezve, mintha örök üdökre látszattak volna tétetve lenni, innen van; hogy édes hazánkban a' 19-ik század' bosszúságára, nemzeti gazdálkodásunk' nyommasztására, 's az ipar' 's kifejlődés' fojtogatására az Ósiség vagy is aviticitas még maig is fenn van, holott a' miveltebb nemzetek, hála az ébredés geniusszának, azt maguk közül már régen kiküszöbölték.

**Józanfi:** Sajnálom Barátom! hogy véled szünet nélküli ellenkezésbe kelletik lennem, én mindenek előtt megvallom neked, hogy minden intézvényeinkben, bár melly miveltt légyen is az, a' külföld' példáját könnyelműséggel követni éppen nem javalhatom, annyira tisztelem én a' miveltség', 's bölcsesség' szent tanításait, hogy ezen meggyőződésemben csak az is tántorithatatlanul megerősít, hogy minden meg hanyatlott, vagy éppen elenyészett nemzetek' sirjaik' felett azoknak bölcsői romlásuk okául az újjításokat, 's ide-

gen erkölcsöket, 's szokásokat vádolták, és méltán; mert valamint egyes emberek, ugy egész nemzetek is lényegesen különböznek egymástól, kifejlődésök csak hosszas, és mindenkor nemzeti intézvények által halad, mellynél fogva az idegeny keveréknek zavart szülni kelltek: azért már dicső első Királyunk szent Istvány fiának a' nemzeti szokások hív megtartását parancsolta; képtelennek ítélvén: hogy a' Romaiak görög, és ezek romai szokások által kormányoztassanak. Azonban mivel olly szörnyetegnek képzeled Hazánkban ezt az Ősiséget óhajtanám ha bővebben ki fejtenéd, mit értesz az alatt?

**Divatfi:** Én megvallom, nem nagy barátja vagyok az iskola büzü sovány defini-tiótskáknak, az én meggyőződésemmel harczol a' közvélemény, ez egy redves régi intézvényét hajdani önző aristocrata Apáinknak méltán kárhoztatja; mert ez a' birtokot szünteleni pörök által ingatja, 's azért a' nemzeti szorgalmat csüggeszti, szegény örökösöket a' nyereség reményével addig kecsegteti, míg a' Procatorok könyörületességből koldús bot-tal nem szolgálnak nekik, holott szorgalmuknak más irányt adván, tehetős polgárokká lettek volna; kevesíti a' jószág vevőket, 's így okozza a' birtok alábbi becsét, melly által nemzeti tőkénk tetemesen csorbúl, 's ez igen nagy oka közönségesen tapasztalt pénz, 's hitel' hiányunknak. De hijában ilyenek az emberek, 's főképp mi szegény magyarok! már



látom Te is merő conservatio szellemből még csak szemeiddel sem akasz fejemnél tovább halladni; tormába esett féreg, tormába esett ferég, tormába esett féreg! ha, ha, ha!!!

Józ an fi: Bizonyossá teszek, hogy fejedet Barátom noha bámulom, de nem irigylem; nem tudom, ha a' tormába esett féregnek kölcsönöznéd, nem venné — e bizonyos vesztit egy palatzk pezsgőben? hagyjuk mi azt a' fanyar tormát a' féregnek, 's ne bújjunk magunk belé, az megél ott, mi pedig miveljük boldog Hazánk termékeny földjét, használjuk a' valódit, 's árnyék után ne kapkodjunk, méltas-suk, 's szeressük egymást, tiszteljük Fejedelmünket, engedelmeskedjünk Elöljáróinknak, atyáskodó intézvényeiket gáncsoskodásokkal ne veszélyeztessük, nemzetiségünkhöz, melly törvényinkben alapszik, 's melly annyi századok alatt, 's annyi viharok között állhatatosság által tartathatott fel, buzgón ragaszkodjunk, gyarapodásunkat nem képzeletben, levegőben, hajásszuk, hanem Öseink által kimutatott ösvényen „Ora, et labora“ keressük, 's bizonyosan a' lármás haladás után nem tormában találjuk fel magunkat.

Divat fi: Füleml, szivem, 's eszem mind elfárad e' szörnyü pedánt hangokra, hasonlatosságokat csak igen kis adagokban, 's azt is kímélettel fűszerezve szivelhetek, csak a' dologra; folytassuk az Aviticitas' ügyét: —

Józ an fi: Szavaidat az igazság érzelme symptomainak veszem, a' hasonlatosságot ten-

magad kezdéd, jogom vala azt folytatni. Az aviticitás iránt tehát szivönömest közlöm veled nézeteimet: **Ösiség**, vagy **Aviticitas**, a' mint nevezete is mutatja, olylly vagyon, melly őseinkről, szüleinkről a' természetes örökösödés utján származik, törvényeink szerént által-lyában az illy vagyonnak az a' jelessége van, hogy ha megtartathatik, annak a' törvényes örökösökre által szállani kelletik, sőt azt végintézete által is senki törvényes örökösökön kívül másnak nem hagyhatja; de ezek között is egyik vagy másik örökösének javára aránytalanságot végintézetében nem rendelhet, mint azt szerzeményi vagyonaiból teheti, a' honnan mind addig valaki szerzőnek nem tekintetik, valamig az **Ösiség** tellyes mértékében elő nem állatik, ez pedig átallyába minden nemű ugymint nemes, vagy nemtelen javakra értetődik.

**Di v a t f i:** Én már ebben is nagy korlátozását látom a' tulajdoni jognak, mellytől én azt kívánom, hogy kinekinek tulajdonával kényne szerént bánni megengedje.

**J ó z a n f i:** Ebben semmi korlátozás nincs, mert ezen természetében az **Ösiség**nek mindenkor az első szerzőnek akarátja eszközöltetik, az t i. szerzeménnyéről tökéletes szabadsággal rendelkezhet, ezt nem tévén minden örökösseit egygyenlően részelteti vagyonában, már pedig mi volna nagyobb igazságtalanság, ha egy örökösnek volna jussa minden utódjait attól megfosztani, mit maga is csak az első szerző jóvoltából kapott, vagy



pedig ha ő örökségét szabadon használva, sőt abból gyarapodva is, annyit, a' mennyit kapott, utódjainak szinte hagyni kéntelenítettik? — Azonban koránt sem kell azt úgy érteni, hogy az illetén Ósiség birtokosa arra nézve tulajdoni jogait nem is gyakorolhatja, mert más vagyona nem létében önnön szükségeire ebből rendelkezhet is, sőt életében el is emésztheti, de ha más vagyona marad, helyre állítani tartozik; továbbá az illetén vagyonát eladhatja, zálogosíthatja, 's a' t. 's az adósságaiért is bírói foglalás alá vétethetik, és így az ósiség a' tulajdon' jogait kinem zárja, csupán halál esetére tiltja: hogy az illetén Ősi vagyon a' vérszerinti törvényes örökös kizárásával másra ne ruháztassék.

Még pedig mind ezek értetnek a' nemési ősi vagyonokra is, azzal a' különbséggel, hogy ezeknek birtokát a' törvény a' vérszerinti örökösök javára az eladási esetekben még különösen is védi.

**Divatfi:** Éppen ez az, a' mi az aviticitást előttem olly gyüleletessé teszi: mert a' nemesi jószágnak becsét felettébb letöri, a' vevőket elijjeszti 's a' t.

**Józ a nfi:** Aggodalmadnak elhárítására ezen dolgot minden oldalról kívánom előtted felvilágosítani: megengeded azt, hogy annál tökéletesebbek valamelly státusnak intézvényei, mentül jobban biztosítják az egyyesek jogait, birtokait, egyszóval jólétüket, már pedig kevés biztosítás lenne, ha a' törvény tö-

lem azon módokat elzárna, hogy az én legkésőbb örököseimet is ne boldogíthassam.

(Vége következik.)

---

*Ordo Praemonstratensis in Caesareo-Regiis Ditionibus.*

Statisticam sacri hujus canonici Ordinis notitiam exhibet „Catalogus Canonorum Regularium Sacri et Canonici Ordinis Praemonstratensis in Caes. Reg. Ditionibus Austriacis editus ineunte anno 1837. Pragae Typis J. Spurny“. Secundum hunc Catalogum, Ordo hic sacer in universis Ditionibus Caesareo-regiis simul complectitur 9 Canonicas distinctas, totidem Abbatibus aut Praepositis subordinatas, ad quas 448 individua religiosa spectant. Porro Catalogus memoratus Canonicas hoc ordine recenset: In Bohemia I. Regia Canonica Pragae in Monte Sion, vulgo Strahov, in qua Abbas, isque LXI. vel juxta antiquiorem seriem LXIV. Reverendissimus, Perillustris, Amplissimus, Eximius, ac Spectabilis Dominus Hieronymus Josephus Zeidler, Sacri et Canonici Ordinis Praemonstratensium regiae Ecclesiae Strahoviensis B. V. M. assumptae Pragae in Monte Sion Abbas, ac complurium ejusdem Ordinis Canonicarum Pater Abbas et Visitor perpetuus, Regni Bohemiae Praelatus infulatus, ad aulam Regis perpetuus Eleemosynarius, in-



clyti Regni Bohemiae DD. Statuum auctae  
 Deputationis Assessor, SS. Theologiae Do-  
 ctor etc. Presbyteri alii 71, Clerici Theolo-  
 giae studentes, 12, Novitii 3, adeoque simul  
 85 Religiosi inveniuntur. — II. Regia Cano-  
 nia Siloënsis, in qua Abbas, isque XLVIII.  
 Reverendissimus Perillustris ac Amplissimus  
 Dominus Ignatius Joan. Nep. Sekauschek,  
 Sacri Canonici ac Candidissimi Ordinis Prae-  
 monstratensis Regiae Ecclesiae B. V. M. Na-  
 tae Siloë Abbas, Ecclesiae Gerussensis Au-  
 striae infra Onasum Pater Abbas perpetu-  
 us, inclyti Regni Bohemiae Praelatus infula-  
 tus etc. Item 33 Presbyteri, et duo Clerici  
 Theologi absoluti, adeoque simul 36 Religio-  
 si reperiuntur. — III. Ducalis Canonica Hroz-  
 natea Teplensis, in qua Abbas XLIV.  
 Reverendissimus Perillustris ac Amplissimus  
 Dominus Melchior Josephus Mahr, Sacri et  
 Canonici Ordinis Praemonstratensium Ducalis  
 Canonicae Teplenaë Abbas, inclyti Regni Bo-  
 hemiae Praelatus Infulatus, Philosophici In-  
 stituti Plsnensis Intendens, Notarius Archie-  
 piscopalis; item 80 Presbyteri, 15 Clerici  
 Theologiae studentes, et 3 Novitii, adeoque  
 universim 99 Religiosi inveniuntur. — In Mar-  
 chionatu Moraviae: Ducalis Canonica Ne-  
 reischensis, in qua Abbas XXXIX. Re-  
 verendissimus Perillustris ac Amplissimus Do-  
 minus Ferdinandus Mauritius Seka, Sacri  
 et Canonici Ordinis Praemonstratensis Duca-  
 lis Canonicae Neoreischensis Abbas, Marchio-

natus Moraviae Praelatus infulatus, Inclytorum DD. Statuum Marchionatus Moraviae, societatis pomologicae et oinologicae per Moraviam et Silesiam membrum; item 11 Presbyteri, et 1 Clericus Theologiae studens, in summa 13 Religiosi. — In Austria Inferiori: Canonica Collegiatae Ecclesiae ad Divam Virginem Mariam Gerusii Dioeceseos Sct. Hyppolitanae, in qua Abbas XLVIII. Reverendissimus Perillustris ac Amplissimus Dominus Hermannus Maximilianus Hohenheiser, sacri, canonici, et candidissimi Ordinis Praemonstratensis collegiatae ecclesiae Gerusenae ad Divam Virginem Mariam Abbas, Sacrae Caes. Reg. et Apostolicae Majestatis Consiliarius, inclytorum DD. Statuum, nec non societatis oeconomicae ruralis Austriae infra Onasum membrum; item alii 22 Presbyteri, et 5 Clerici Theologiae studentes: adeoque simul 28 Religiosi inveniuntur. — In Austria Superiori: Canonica Plagensis, in qua Abbas XLVIII. Reverendissimus Perillustris ac Amplissimus Dominus Adolphus Philippus Faehz, sacri et canonici Ordinis Praemonstratensis Canonicae Plagensis Abbas, Sacrae Caes. et Apost. Majestatis Consiliarius, inclytae DD. Statuum supra Onasum Deputationis Assessor, et Austriae superioris Praelatus; item 26 Presbyteri, et 3 Clerici Theologiae studentes, adeoque simul 30 Religiosi inveniuntur. — In Tirolis: Canonica Wiltinensis, in qua Abbas XLVII. Reve-



rendissimus Perillustris, ac Amplissimus Dominus Aloysius Roeggel, sacri, canonici et candidissimi Ordinis Praemonstratensis Canoniae Wiltinensis Abbas, S. C. R. Majestati a Consiliis Gubernii, Capellanus Aulicus Domest. Haeredit. Statuum Provinciae Tirolensis ad perennem activitatem Deputatus, C. R. Collegii Nobilium Oenip. Director, et Consiliarius Ecclesiast. Brixinensis actualis etc. item 39 Presbyteri, ac 2 Clerici, adeoque simul 42 Religiosi. — In Hungaria: I. Canonica Jászoviensis, in qua a restituto Clementia Francisci I. Imperatoris Augusti, et Regis Hungariae Apostolici Sacro et Canonico Ordine Praemonstratensi Anno 1802. die 12. Martii, Praelatus et Praepositus III., juxta seriem vero antiquiorem LXV. Illustrissimus, Reverendissimus Amplissimus et Magnificus Dominus Aloysius Mathias Richter, S. Candidi ac Exempti Ordinis Praemonstratensis Canonorum Regularium Praelatus, Ecclesiarum S. Joannis Bapt. de Castro Jászov, S. Crucis de Lelesz, et S. Stephani Protomartyris de Promontorio Magno-Varadinensi Abbas et Praepositus Infulatus, Suae Caes. Reg. et Apostol. Majestatis Consiliarius, per Districtum Litterarium Cassoviensem Superior Studiorum et Scholarum Director, SS. Theologiae Doctor, Facultatis Theologicae in Alma Universitate Pesthana Commembrum, S. Sedis Consistorialis Cassoviensis, et plur. II. Comitatum Tabulae Judicariae Asses-

sor; item 59 Presbyteri, et 15 Clerici, adeoque simul 75 Religiosi. — II. Canonica Csornensis, in qua Praepositus a Benigna Restabilitone Sacri Ordinis Praemonstratensis in Inclyto Hungariae Regno Anno 1802. facta Tertius: Reverendissimus Perillustris ac Amplissimus Dominus Paulus Josephus Gyöngyösy, Sacri, Candidi ac Exempti Ordinis Praemonstratensis Canonico-regularium Praelatus S. Michaëlis Archangeli de Csorna, SS. Petri et Pauli Apostolorum de Horpáts, item B. V. Annuntiatae de Túrje, ac S. Joannis Bapt. de Ponte, seu Jánoshida Praepositus Infulatus, pluri-um JJ. Comitatum Tabulae Judicariae Assessor; item 30 Presbyteri, 6 Clerici, ac 3 Novitii: adeoque simul 40 Religiosi inveniuntur.

Quaevis recensitarum Canoniarum assiduos Religioni sacrosanctae praebet ministros, qui qua praedicando, qua Sacramenta administrando, credentibus viam salutis monstrant. Rem insuper literariam tam domi, quam in publicis Academiis non secus, ac Gymnasiis Sacer hic Ordo promovere nititur. Notanter in Hungaria I. Canonica Jászoviensis in Academia Regia Cassoviensi Facultatem Philosophicam, et Archi-Gymnasium ejas, Leutsoviae item et Rosnaviae Gymnasium Regium; in Districtu vero Literario Magno-Varadiensi Archi-Gymnasium ejusdem nominis Docentibus providet. Habet insuper curae suae creditum Re-



gium Nobilium Convictum Cassoviae. — II.  
 Canonia demum Csornensis habet sibi concre-  
 dita duo Regia Gymnasia majora, utpote  
 Keszthelyiense ac Sabariense, quae praecla-  
 ris Directoribus et Professoribus providere  
 censvevit. c. P. L. M.

---

*Quo saepe recidit jactata nimium publica  
 opinio, si saniorum ingenuus candor temeritati  
 larvam demat.*

Paginae Lipsienses haec corrigenda  
 monent: „In paginis Lipsiensibus Universali-  
 bus h. a. Nro 10. Domini Dieskau et Todt,  
 adtentionem illam, quam unus alterve Lipsi-  
 ensium eis testabatur, pro documentis politi-  
 corum sensorum totius civitatis habentes, se  
 magnanimorum virorum ac matronarum lipsi-  
 ensium interpretes, sensorumque communium  
 organa professi sunt. Respectu indigenorum re-  
 gni correctione hoc vix opus habet. Cum ta-  
 men in exteris oris illa opinio erronea enata  
 esse videtur, ac si eventus \*) illi per ipsam  
 civitatem adducti fuissent. Subscriptae juris-  
 dictiones ad declarandum impulsas se vident:  
 nullam e hujatibus jurisdictionibus, vel earum  
 corporationibus seu causam illis praebuisse,  
 seu minimam in iis partem cepisse, sed eos a

\*) Illi hic eventus intelliguntur, qui de exulis Pro-  
 fessoris Göttingensis Dahlmann Lipsiam ad-  
 ventu, et de modo, quo exceptus fuerit, spar-  
 gebantur. (Vide Ephem. nro 2, pag. 16. col. 2.)

singularibus duntaxat quibusdam hominibus provenisse. Pari ratione supra memorati Domini semet organa sensorum civium et incolarum Lipsiensium seu simul sumtorum, seu majoris numeri, aut classium quarumdam, imo vel unius classis incolarum praestituere et depraedicare nequaquam possunt. Correctio haec vi muneris facta sufficiet ad omnem et quemvis errorem, ac si sensa politica Lipsiensium per illos eventus semet manifestassent, in justam lucem collocandum.

Lipsiae, 19. Jan. 1838.

Universitas Lipsiensis,

Dr. Steinacker,

h. t. Rector

Universitatis,

Senatus civitatis  
Lipsiensis.

Dr. Deutrich,

Consul.

v. \* e B.

*Quaedam in causa Coloniensi.*

Die 22. Dec. p. a. Episcopus Osna-brückensis, Lüpke, dum Hanovera revertetur, Archi Episcopum Coloniensem, in Minden detentum, invisit. Gratissimus utrinque fuit amicus amplexus, animi valde commoti, non tamen moerore afflicti. Archi-Episcopus animo est tranquillo, recte factorum et adimpletae obligationis conscientia se consolatur. Cubile nunquam deserit, et diebus duntaxat Domini hora septima matutina in templum concedit sacrificium missae offerendi gratia. — Paginae hanoveranae Berolino de 31. Dec. haec com-



municant: Antè aliquot dies legatus noster Romae jussus est omnem cum sede Pontificia tractatum interrumpere, si ea post datas etiam elucubrations sensui adlocutionis consistorialis inhaeserit. Ii, qui Pontificis Gregorii XVI. dotes animi noscunt, nulli dubitant de constantia ejusdem, et sic causa haec non tam facile poterit componi. — Praeter paginas „Gazette de France“ etiam „l'Ami de la Religion“ et „Novae Ephemerides Herbipolitanae arcen- tur inde a 1. Jan. 1838. e Borussia. v. \* e J.

---

*Numerus populi in Borussia ratione  
Religionum.*

In paginis quibusdam publ. de censu populi in regno Borussiae et provinciarum ejus quoad diversam religionem agebatur, quin ratio numeris certis, vi muneris suppeditatis, exprimeretur. Ratio illa sic se habet: Anno 1831, dum omnis populus simul 13,100,000 effecit, 8 milliones ad evangelicam confessionem pertinebant et prope 5 milliones erant catholici. Numerus judeorum ad 168,000 et mennonitarum ad 15,000 computabatur. — Inter singulares guberniorum circulos Aquisgranensis plurimos numerat catholicos et paucissimos evangelicos ibi scilicet 12,000 evang. et 345,000 cath. vivunt; post illum sequitur circulus Monasteriensis cum 300,000 cath. et prope 40,000 evang.; fere eadem est ratio

in circulo Trevirensi. In circulis Düsseldorfensi et Confluentiae major duntaxat pars dimidia pertinet ad ecclesiam catholicam. Clerus cath. initio anni 1837 e duobus Archi-Episcopis, duobus principibus Episcopis, tribus Episcopis, octo consecratis Episcopis, 25 Praelatis et 100 Canonicis constabat. Numerus sacerdotum secularium ad 3500, Capellanorum et vices gerentium ad 1900 ponebatur. E monasteriis aliquot tantum, quae infirmorum cura et quaedam, quae educationi operam dant, retenta sunt. Maxima pars individuorum e monasteriis sublatis et saeculo addictis jam emortua est; universorum ad catholicum clerum in statibus Borussiae spectantium numerus simul ad 8000 ponitur.

v. \* e W.

*Studentium numerus Berolini in Universitate Friderici Guilhelmi.*

In hac universitate 1837. circa Pascha 1585 studentes censebantur. Ex his 383 discesserunt, contra vero currente anno accesserunt 468, plenus itaque hoc tempore inmatriculorum studentium numerus 1670 constituit. Facultas theol. 430 (321. indigenas et 109 externos) sibi vindicat; juris studiosi sunt 496 (387. borussi et 109 exteri): medicinae student 381. (259 domestici et 122 peregrini) philosophi denique numerantur 363 (258 re-



gnicolae et 105. alienigenae.) Praeter hos matriculis illatos studentes frequentant universitatem, et praelectiones audiendi facultate gaudent 430 alii, inter quos 165. matriculis non inscripti chirurgi et pharmaceutae, 113 alumni medico-chirurgicae academiae militaris, et apud eandem adhibiti chirurgi exercitus; 89 alumni instituti Friderici-Guilhelmi, 37 alumni academiae aedilis etc. Ac proinde in praelectionibus universim partem capiunt 2100 studentes.

---

*Numerus Sacellorum catholicorum in Anglia.*

Annale „Roman Catholic Directory and Annual Register“ pro 1838 cunctorum in Anglia catholicorum sacellorum, quae hoc tempore in variis Angliae, Valliae, et Scotiae comitatibus existunt, elenchum communicat. In Anglia et Vallia numerus eorum 433, in Scotia 67. simul itaque 500 efficit. In comitatu Lancastriae plurima numerantur, nempe 87., in cottu Eboracensi 53. in Staffordensi 28. in comitatu Saxoniae mediae 20; in Scotia: cottus Invernesz, cum 20, et Banffhsire cum 11. occurrit. Collegia catholica in Anglia sunt 9, in Scotia 1.

---

*Munificentia RR. Dni Joan. Kremlicska in pauperes pupillos israëliticos.*

Communitatis israëliticae Posoniensis Superiores intima grati animi sensa publice de-

promunt pro illa Reverendissimi Abbatis, Canonici et Parochi Posoniensis, Dni Joannis Kremlicska, benigna humanaque in miseros agendi ratione, quam sub exordio hujus anni per id contestatus est, quod pro libris in usum inopum et pupillarum prolium israëliticas scholas nationales adeuntium comparandis paratum aes munifice donare dignatus sit.

---

*A' Tudományos Gyűjtemény' 1837 évi folyamatajának XII-dik kötete.*

**I. Taly Gáspár, Heves és Külső-Szolnok törv. egy. vmegyék' esmértetése, Egri várnak történet-kivonása, 's Egri érseki fő megye érintése. 2) Podhradczky József, Botskay István nemzetségéről és karakteréről. 3) E. I., nyelvtudományi aprólék Javallatok. 4) Perlaky S., az oskolák' szentségéről. 5) Szelle Benjámín, értekezés a' levegőégről és annak hasznairól. 6) \*\*\*. Értekezés a' lélek különböző tehetségeiről, és azoknak alapjairól.**

**II. Literatura. A) Hazai Literatura. Könyvismertetés. Hajnal, hazai Almanach, 1838. Szerkeszti Garay, öt aczélba metszett képpel, legfinomabb velinen, 12edrét, 288 lap. Trattner Károlyi sajátja, ára kötve 2 for. 24 kr. pengő pénz. B) Külföldi Literatura. Könyvismertetés. Malerischer Atlas und beschreibende Darstellungen aus dem Gebiete der Erdkunde, herausgegeben v. Ed. Loepfig. Leipzig 1838, nagy 8rét. 1. und 2. Lieferung. Hartleben's Verlags Expedition. In monatlichen Lieferungen, jede mit 3 Stahlstichen.**



## BESZÉLGETÉS.

*Az Ósiségről (aviticitas).*

*Beszélgetők: Józanfi, és Divatfi.*

(Vége.)

**Divatfi:** Fő czél a' status gazdaság' virágzása; és az egyeseknek útódjaik eránt való karos, és önző nézeteik a' köz jó ellen figyelmet sem érdemlenek.

**Józanfi:** Okoskodásod igen messze halad, a' status' jóléte egyesek' jólétének összevege, és ez, t. i. az egyesek' jóléte, 's boldogsága könnyebben is utol érhető, mint azt sokan gondolják, kik az egyesek' jólétének a' közönségével lehető összeütköztetésében elméjüket szerfelett fárasztják, 's a' midőn a' részek' jólétével az általuk képzeltt köz jólétnek mind untalan hódoltatnak, rendszerök sikere: közelégületlenség, 's nem-jólét. Nem hiszed pedig, hogy légyen olly Atya, ki gyermekeinek sorsát magáéval össze nem kötné, 's ez ismét gyermekeiével, 's így unokájaéval, 's későbbi madékjaiéval, ez az emberi változhatatlan természet, 's Isteni törvény, 's így volt ez világ' kezdetétől, 's így lesz is világ' végéig minden emberekkel, 's minden nemzetekkel, de még az oktalan álatokkal is. Ez lévén tehát minden atyának legforróbb vonzalma, 's maradékaiban valóságos folytatott élete, nem de méltán is megkívánhatja státussá-

tol ezen biztosítást? sőt mentül nyugodtabb valaki maradékainak jó sorsa iránt, annál lekötelezettebb statusa' érdekeihez, annál több ösztöne van annak minden nemű jólétét tehetsége szerént eszközteni, 's így ezen eszme a' status gazdaság virágzását nem csak nem hervasztja, sőt inkább előmozdítja. Itt van tehát annak eredete, hogy a' mi bölts őseink, midőn maradékaiknak állandó jóvoltát az ősiség biztosítása iránt hozott törvényeik által megalapították, egyszersmind a' haza', 's intézvényei' örökösítését is létre hozták, érdekeiket költsönösen lekötván, egymással költsönös frigyet, 's hálaadatoságot alapítottak. A magyar nemes a' szent korona tagja, 's birtokának kútfeje szinte ezen szent Korona lévén, itt egyesül a' polgár, 's a' haza, 's így biztosítatik költsönös fenállásuk, 's a' haza jóléte. A' magyar nemesnek kötelessége lévén a' haza védelme, a' törvény hozásban, 's köz kormányban részesülvén, 1) független állásának biztosítása jószágára nézve is megkivántatik, innét vannak számos törvényeink, mellyeknek czélja a' nemzetségeknek fentartása. Tudom, hogy te ezt gunyolólág historiai jognak nevezed, 's azt állítod, hogy ezen kiváltságok a' 19-ik században hazánkat hátra maradással vádolják; ám de gondold meg, hogy akár melly jognak az a' legajálhatóbb, oldala, ha historiai válhat belőlle, mert csak így szentesíthetik a' jog tetteges fenálhatással, nem úgy mint az a' mai Constitutiokkal



történik, mellyeket ugyan historia jog' gunjával soha sem fogsz vádolhatni. 2) Noha pedig a' magyar nemesség' bölcsességét a' törvény hozásban a' siker is, t. i. nemzeti fennmaradásunk, elég világosan bizonyítja, és Hazánk bölcs atyák 's törvény hozókban soha nem szükölködött, 3) mindazon által azon testület, midőn a' pörig nem alacsonyul, az uj érdemeset is maga közé örömetst felemeli; 's így önzéssel semmikép sem vádoltathatik. — Méltán tették tehát Eleink, ezen előre látó intézeteiket, annyival inkább, hogy ők hazánk szerzői 's alapítói is egyszensmint lévén tellyes joggal gondoskodtak utódjaik', 's intézvényeik' fentartásáru, mellyeket költsönös érdekeik által illy szorosán öszve kötöttek, ugyan is, kik inkább, mint tulajdon maradékink tartják fel neveinket, 's vagyonaikat?

Nem is az fáj az ellenzőknek, mint ha az illyen intézvények, mint p. o: aviticitas, kiváltóságos rend, sükségtelenek volnának, vagy a' társaság czéljával ellenkeznének, hanem az volna vágyódások, hogy ők törvénytelenül emelkedhetnének ki állásokbol, vagy is inkább mindent magukhoz kívánnának lealacsonyítani; minden zárt, melly más tulajdonát örzi föltörni, 's a' nemzeti gazdaságot (mellyre nézve álmuk szerint, mind egy, igazságos e' vagy nem?) így virágoztatni. De bezzeg, ha ez megtörténne! majd ők is gondolkodnának ám maradékaikrol, vagyonaik biztosításárol, 's megkülömböztetésökröl! 's a' t.

De hogy csupán az aviticitást vegyük fontolóra, miből áll ennek biztosítása, melly annyi irigy szemekbe ötlük? nem egyébből: mint hogy az ősi nemesi birtokot helyes ok nélkül eladni nem szabad, 's annak ezen esetben is megvételében az osztályos atyafiaknak, hasonló feltételek megtartása mellett, elsőségök van; ha pedig az illetén jószágra nézve ezen törvényes rendelkezések meg nem tartatnak a' legközelebbi örökösnek joga van 32 esztendők' elfolyta alatt, az illetén eladást megerősíteni; 4) hogy pedig ez által a' Status gazdaság semmit sem vesz, már csak abból is kitetszik, hogy az eladásra törvényes ok az is, ha az által valaki tehetségét öregbíti, 's jószágait szaporítja, vagy jövedelmesebbeké teszi: a' honnan kitetszik, hogy törvényünk az ártatlan későbbi örökösöket tekintve, csak a' szükségtelen pazarlást akadályoztatja. 5)

Hasztalan álitás az is, hogy az aviticitás a' tulajdoni jogot korlátolván, a' gazdálkodást zsibbasztja, mert az a' tulajdonnal való helyes élésnek inkább biztosítása. A' gazdálkodás virágzása főképp függ a' gazdák nézeteitől, 's törekedéseik hasznától, ugyan azért mind hazánkban, mind külföldön nem csak az Aviticitás, hanem még fidei Commissumok mellett is találunk legvirágzóbb gazdaságokra.

Divatfi: Én megvallom, Barátom, hogy ezen nézeteidben kezet fognék veled, ha csupán csak ennyiből állana az Aviticitás, de ime mennyi tömérdek pörök vannak a' jószágok



íránt minden törvényszékeken, úgy hogy ezekkel mindenkor amazok is vásároltatnak, 's így senki olly bizonyosan nem vásárolhat jószágot, hogy valahonnan kutyabőrrel ne füstöljenek orra alá, a' honnan vagy birtokától meg kell válnia, vagy tulajdonát másadszor is megvásárolnia.

**József:** Az illyen pörök nem csupán az Aviticitásból erednek, illyenek a' régi zálogok, vagy csak Zálog természetű eladások régi örökösödések, 's a' t. ezektől megfosztani a' törvényes örökösöket világi, és Isteni törvény ellen volna; mert azokat a' tulajdonos nemzetség soha valódiilag el nem idegenítette, a' szerző pedig ollyantól, kinek tulajdonai úgy sem voltak, meg nem vásárolhatta. Ha vissza tekintünk Hazánknak századokon keresztül folyvást tartó külső, 's belső viszonytagaira, tapasztalni fogjuk, hogy sok ártatlan nemzetség akkori tagjai, vagy a' harcban, vagy más szerencsétlenségek által szülőiket elvesztvén, árvaságra jutottak, vagy máskép jószágaikat elhagyni kénytelenítvén, utódaik feledékenységbe maradtak, 's így birtokaik idegenekre jutottak, minémű igazság volna tehát ezeket, kik több ivadékon által is már sinlették szerencsétlenségeiket, nyomába jövéen igazoló leveleiknek, tulajdoniktól hatalom által örökre megfosztani? holott a' jószág új birtokosa semmit nem vesz, mert az időközi haszonvételen kívül, a' törvényes örökös a' jószág vételi árát, 's javításait is megtérít-

teni tartozik, és így a' birtokos törvényes tulajdonát visszakapná, ellenben a' törvényes örökös minden törvényes ok, 's czim nélkül tulajdonátul Isten tudja kinek javáért örökre foszthatna meg.

**Divatfi:** Így már Barátom ebben is kezdet fogok veled, mert nem óhajthatom sok szégyen hazámfiának, hogy mitől a' bal sors, vagy ellenség eddig meg nem foszthatta, azt a' törvény vegye el tőle: külömben is látom én azt, hogy mostani intézvényeink mellett is elég hatása van a' pénznek, 's elég jószág 's biztosan szereztethetik, óhajtom tehát, hogy a' törvény oltalmazza a' közép nemességet, mellytől könnyű lenne ugyan a' birtokokat a' hatalmas pénz által megszerezgetni, 's össze halmozni, de nehéz azt ismét öly szükséges arányban felosztva látni: pedig annál tökéletesebbnek tartom a' Status intézvényeit, mentül többeket reszesíthet az arany középszerűség jótéteményeiben, különben pedig az is kérdés, valljon az Aviticitás eltörlése után is fogynának-e a' perek, 's valjon ha fogynának is, azok nem szülnének-e ismét más rosszabb következtetések?

1) Az illy Polgári szerkeztetést röviden Cicero eképp adja elő: *Difficultas ineundi consilii rem a' Rege ad plures; error et temeritas populorum a' multitudine ad paucos transtulit.* "De Republica lib. 1-mo Cap. 34. \*)

\*) Ezen velős és bölcs mondat arany betűket érdemel; sokkal messzebb ható, 's mélyebb történeti esméréteken épültt, mint sem első te-



2) Is (Cato) dicere solebat ob hanc causam praestare nostrae Civitatis statum caeteris Civitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, qui suam quisque Rempublicam constituerent legibus atque institutis suis, ut Cretum Minos, Lacedaemoniorum Lycurgus, Atheniensium, quae persaepe commutata esset, tum Theseus, tum Draco, tum Sólón, tum Clisthenes, tum multi alii, postremo exsanguem, jam et jacentem doctus Vir Phalereus sustentasset Demetrius: nostra autem Respublica non unius esset ingenio, sed multorum, nec una hominis vita, sed aliquot constituta saeculis, et aetatibus. Nam neque ullum ingenium tantum existisse dicebat, ut quem res nulla fugeret, quisquam aliquando fuisset, neque cuncta ingenia collata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur sine rerum usu ac vetustate. Cicero de Rep. Lib. 2. Cap. 1.

3) Sokan akarnák a' kiváltságos Rendek' törvény hozási hatóságukat kérdésbe vonni, 's azért gúnyképen azokat született törvény hozóknak nevezik, O-Conneltől tanulván, ki minapában népe előtt azzal akarta a' Pairek házát nevetségessé tenni, hogy kezdte:

---

kíntetre gondolnánk: az egész embernem', polgári szerzemények' 's társaság' történetét foglalja magában. Bár minden charta, minden új alkotmány, minden országos emlék ezt homlokán hordozná! \*

vallyon szükséges-e, hogy egy szabónak fia színte jó ruhát szabjon? — de ha teheti, tagadja azt O-Connel: hogy a' szabónak a' fia nem lehet szabó, különösen pedig, hogy a' midőn az alsóbb rendű szerezhet magának tudományt, jó erkölcsöt, mély belátást, melly tulajdonok egy törvény hozóban megkívántatnak, éppen a' kiváltságos Rend gyermekei fognak ezen tulajdoanok nélkül szükölni! — valóban sovány okoskodás, mellyet a' historia' minden lapja, a' tapasztalás' minden esetje, valamint a' személyes ösméretség is mindenkor megczáfol. Sőt inkább a' dolog' természete, 's a' tapasztalás azt igen is bőven igazolja, hogy csak a' kiváltságos Rendek által hozott törvények állják ki az ingatagság' viharjait, az irigység' mardosásit, 's az ostromok' küzdéseit.

4) Különösen a' nemesijószágok' eladására nézve törvényeink által vannak meghatározott jelességek kiszabva, mellyeknek meg nem tartása a' vételt szinte megsemmisíti, p. o. magános pecsét alatt azokat eladni nem lehet, hanem csak nyilvános személyek, kik az ország' fő Birái, 's ezek képviselői, 's hitelyes helyek: u. m. pecsétes káptalanok, 's a' fő méltóságú Cancellaria előtt, 's pecsétjeik alatt történhetnek azok' eladásai, de illyetén diszeségek akar melly országban, 's Jószágokra is szükségesek, 's az ezek' elmulasztásából eredett pörök az Aviticitas kérdését nem érdeklik.



5) Ezen megszorítás nélkül annyi veszélyek közt, mint országunk hanyattatott, legérdemesebb nemzetségeink, kiknek alkotmányunk örök hálával tartozik, ellenyésztek volna, 's a' most keletbe jött pénz rendszerek mellett, e' nélkül néhány tized mulva egészen új hazát látnánk elővarázsolva. Valamint egyes embereknek mindent maguknak kaparítani tehetségökben nem áll, ugy egész statusoknak sem, mert ezek is viszonyos érdekeikre nézve vetélkedesben vannak. Mi nekünk az Isteni gondviselés a' földet, vagy is mezei gazdaságot rendelte élelműnkre, ollyatén külföldiek' intézvényeikkel tehát, kiknek pénz azon anyag, melly nekünk a' föld, csak bizonyos romlásunkra vetélkedhetünk, inkább igyekezzünk tehát őseink' szükség tanította intézvényeiket szilárdul megtartani, megemlékezőn Cicerónak ama mondásáról: „Nec vero ulla res magis labefactata diu et Carthagine et Chorintum pervertit aliquando, quam hic error, ac dissipatio civium, quod mercandi cupiditate, et navigandi, et agrorum, et armorum cultum reliquerant. De Repub. Lib. 2-o 4-o. \*

*Matrimonium mixtum Ducis Aureliani.*

In Sessione Procerum Galliae 4. Jan. etiam Dux Aurelianus prolocutus est; occasionem ad hoc praebuit intercidens Marchionis, Dreux Brézé assertum: se velut catho-

licum, de matrimonio hujus Principis, cum protestantica Principe initum, gratulari haud posse. Ad haec Princeps respondere cupiens, sic est prolocutus: „Indulgebit mihi Curia, ut ad ea honorandi Dni ante me loquentis verba, quae me singulariter in sermone ejus concernebant, brevibus respondeam: orationi, quam is e rostris habuit, interloqui non putabam satis directum futurum responsum; atvero gratulor me hac opportunitate uti posse, ad quaestionem in veram lucem collocandam. Equidem in primis constitutionis nostrae ordinibus libertatem religionis, velut pretiosissimam, cunctis gallis concessam, libertatem inscriptam laegi. Non video rationem cur sola regia familia ex hoc excludenda veniat beneficio, quod ideis, in gremio gallicae societatis civilis hodie vigentibus, plene consentiens est. (signa communis adprobationis) Caeterum existimo, Domini mei, fundamentalis hujus legis adplicationem, quae in matrimonio meo locum habuit, cum vadimonio illo plene componi posse, quod religio majoris Gallorum numeri deprecatur. — Ego quoque catholicam profiteor religionem, est haec religio avorum meorum; in ea educatus, in eadem etiam moriturus sum; omnis posteritas mea in hac religione educabitur. Haec sunt sola duntaxat illa vadimonia, quae postulari possunt: haec vero praestiti, et haud credo quemquam plus a me exigere posse.



*Auctor Doctrinae S. Simonistarum.*

Comes St. Simon, religionariae hujus nominis sectae auctor, quae novissimis temporibus in Gallia caput sufferre enitebatur, fuit vir singularis omnino indolis. Ex antiquo genere oriundus juventutem audacissima semper molimina meditando consumsit, quae tamen nunquam in effectum deducere novit. His rebus omnem rem familiarem pessumdedit. Aliquamdiu in libertatis bello americano stipendia meruit. Defectus culturae solidae et perperam intellecta humani generis emolumenta causae fuere, quibus in omnia illa absurda agebatur, quae novissimis temporibus in schola ejus risum publ. movebant. Postquam in mathesi progressum facere noluisset, seu scientiam hanc, velut suis quoad promovenda humani generis commoda consiliis haud utilem, neglexisset, totum se metaphysicae dicavit. Pessimo interim omine historia hujus scientiae adeo eidem ignota fuit, ut nova semper et inaudita se in ea detexisse opinaretur, suaque paradoxa constanter excusaret, cum tamen res notissimas et quotidianas venditaret. Paroxismi hujus philosophici tempore quisquis eidem occurrerat, illi nihil nisi de metaphysica disseruit. Vice quadam seni cuidam sibi prorsus ignoto in ponte „Novo“ obviam factus, eum prehensum per caput in angulum loricae adegit, et quantumcunque is obstestaretur: ni-

hil se e Metaphysica intelligere, demonstrare tamen continuavit. „Erras“ inquit St. Simon „acutior enim, quam crederes, Metaphysicus es“ — nec disputare desiit. — In dato quoque illo consilio, ut mons quidam Helvetiae instar monumenti in statuam Napoleonis transformetur, quae in una manu urbem inhabitatam, in altera vero lacum teneat, haud fuit felicior. Cogitatio enim haec una duntaxat spitama colossalis magis dici potest, quam vetustior illa de monte Athos in statuam Alexandri Magni transformando. — Rursum alio tempore St. Simon physicam in veram religionem transmutare voluit. Ut scilicet Doctores religionis, et Concionatores sacri, ex ambone de arcanis naturae et miraculis dissertationes habeant, svasit. Machinae electricae ad altare collocandae et fideles cum torrente fluidi electrici columnae voltaianae ad contactum ponendi erant. — Ultimis denique temporibus politicarum rerum scriptorem egit, et sub Restauratione systema industriale et scientificum inter adversarios regiminis propugnavit. Quemadmodum obtutu animae sibi ipsi semper adversabatur, ita respectu corporis contraria praesetulit. Sistatur nempe cogitatione vir stuturae peraltae, amplissimorum laterum, voce infanti et fistulante.



*Dioeceses Hispaniae.*

Status Ecclesiae Hispanicae, quamvis aevo nostro lugubrem ob intestina bella praeferat speciem, a quo in comitiis Madritensibus die 17. Junii a. p. non solum adimendae decimae adprobatae, sed alia quoque legis rogatio comitiis proposita fuerat, vi cujus Ecclesia Hispanica novam formam obtinere, novae dioeceses erigi, antiquae sufferri, jus Patronatus soli Coronae exclusive reservari, Sedes Primatis Hispaniae Toletum Madritum transferri debuissent, (v. Alvearis 1837. Part. III. pag. 83.) nondum tamen haec in effectum deducta esse legimus,\*) pristinisve suis Archi- et Episcopatibus adhuc Hispania gaudet, juxta subnexum Schema.

*Archiepiscopatus Toletani (Toledo) in Castilia nova, Episcopatus suffraganei:*

Sequentinus, <i>Siguenza</i>	in Castilia nova.
Conchensis, <i>Cuenza</i>	” ” ”
Segobiensis, <i>Segovia</i>	in Castilia vet.
S. Ildephonsi, <i>Ildefonso</i>	” ” ”
Vallisoletanus, <i>Valladolid</i>	” ” ”
Cordubensis, <i>Cordova</i>	in Andalusia.
Tiennensis, <i>Jaen</i>	” ” ”
Carthaginensis, <i>Carthagena</i>	in Murcia.

\*) Quia Regina Gubernatrix propositam eatus per comitia legem sanctione sua firmare detrectavit. \*

*Archiepiscopatus Burgensis (Burgos) in  
Castilia veteri. Episcopatus suffraganei:*

Calaguritanus, <i>Calahorra</i>	in Castilia vet.
unitus cum	
Calciatensi, <i>La Calzada</i>	” ” ”
Pampelonensis, <i>Pamplona</i>	in Navarra
Palentinus, <i>Palencia</i>	in provincia legionis, vulgo <i>Leon</i> .

*Archiepiscopatus Compostellani in Galicia.  
Episcopatus suffraganei:*

Lucensis, <i>Lugo</i>	in Galicia.
Auriensis, <i>Orense</i>	” ”
Tudensis, <i>Tuy</i>	” ”
Mindonensis, <i>Mondonedo</i>	” ”
Salmanticensis, <i>Salamanca</i>	in Legione.
Ampuriensis, <i>Ampurias</i>	” ”
unitus cum	
Civitatensi, <i>Ciudad Rodrigo</i>	” ”
Astoricensis, <i>Astorga</i>	” ”
Zamoriensis, <i>Zamora</i>	” ”
Abulensis, <i>Avila</i>	in Castilia veteri.
Placentinus, <i>Placencia</i>	in Extremadura.
Pacensis, <i>Badajos</i>	” ”
Cauriensis, <i>Coria</i>	” ”

*Archiepiscopatus Hispalensis (Sevilla)  
in Andalusia. Episcopatus suffraganei:*

Gaditanus, <i>Cadix</i>	in Andalusia.
Gvadicensis, <i>Guadix</i>	in Granada.
Canariensis, <i>Canaria</i>	in Insula ejusdem.



*Archiepiscopatus Granadensis in Granada.**Episcopatus suffraganei:*Almeriense, *Almeria* in Granada.Malacitanus, *Malaga* " "*Archiepiscopatus Caesare-Augustani (Sarragossa) in Arragonia. Episcopatus suffraganei:*Oscensis, *Huesca* in Arragonia.Jacensis, *Jaca* " "Tarasonensis, *Tarazona* " "Balbastrensis, *Balbastro* " "Terulensis, *Teruel* " "Albariciensis, *Albaracin* " "*Archiepiscopatus Tarraconensis (Tarragona) in Catalaunia.*Barcinonensis, *Barcellona* in Catalaunia.Gerundensis, *Girona* " "Ilerdensis, *Lerida* " "Vicensis, *Vich* " "Salsonensis, *Solzona* " "Urgellitanus, *Urgel* " "Dortuensis, *Tortosa* " "Trevellensis, *Trevel* " "*Archiepiscopatus Valentini in Valentia.**Episcopatus suffraganei:*Oriolensis, *Orihuella* in Valentia.Majoricensis, *Mallarca* in insula cognominis.*Episcopatus Exempti.*Legionensis, *Leon* in Provincia cognominis.Ovetensis, *Oviedo* in Asturia.*Duo item Episcopatus sunt ex Ord. San-Jago.**s. Car. Fábry, Par, etc.*

*Census populi Lipsiae.*

Ephemerides Lipsienses ferunt tabellas census populi Lipsiae 1. Decembris anni elapsi confectas esse. Numerus marium in hac urbe 23,411 alterius vero sexus 24,103 efficit, ac proinde populi simul 47,514. Inter hos 48 viri et 63 feminae inveniuntur aetatem inter 80 et 90 annos agentes; supra 90 annos agunt 3 viri et 5 feminae; surdomuti dantur 44 viri et 18 sequioris sexus, uti et caecae a natiuitate 2. Res familiaris a 9190 geritur. Ratione diversitatis religionis sunt Lipsiae 45,267 ev. luth., 812 ref., 1245 cath., 28 Graeci et 162 israelitae. Numerus scholarium inter 4 et 14 aetatis annum sexus masculini 2479 et feminini 2532 efficit. Gymnasia frequentant 195, et altiora collegia 899. v. \* e W.

---

*Fő T. Marsovszky András, Rosnyoi Kan., †.*

R o z s n y ó n jan. 18dikán Marsovszky András iskolás kanonok több héti sorvadásra következett ideglázban 53 évü pályáját végzé. Kora elhunytá több szeretett rokonit mély gyászba öltözteté. Porlandó tetemei a' megyés püspök vezérlete alatt teljes halotti szertartással kesergő néptömeg kísérete mellett a' székesegyházi sirboltba takarítottak ugyan el, de emlékezete fenmarad azok sziveikben, kik erényeit közelebbről ismerték. Béke az eltávozott árnyékának. J.



*Regnum ac Dominium Dissertationum.*

Historia veterum ac recentiorum temporum, ante et post inventam artem typographicam, ante et post depraedicatam preli libertatem non unum praebet exemplum dominii verborum ac dictionum, prae factis et actionibus egregiis. Ubi plus pro concilianda, — non virtute, sed orationibus, dissertationibus et elucubrationibus — publica (vulgi) opinione a quibusdam mortalibus desudatum, quam pro moderandis fortitudine, sapientia, laboribus ac variis sacrificiis in communem salutem rebus atque eventibus. Fatendum interim, haec tristi semper omine proximi occasus apud populos, e fastigio gloriae, a majoribus partae, dejectos, aut saltem rebus jam inclinatis, observata fuisse. Non sunt utique oratores et scriptores — viri docti ex professo — hic intelligendi; apud hos enim res ipsa et actio cum eloquentia illa coincidit, quae pro virtute recte habetur, tales in omni florente civitate dari profecto debent, et de his valet illud Salustii: „Pulchrum est bene facere reipublicae; etiam bene dicere haud absurdum etc.“ At dum conversis studiis orator est is, qui negotiis reipublicae gerendis praest, belli dux calamo, non gladio rem agit, et gubernacula regni tenens, sententias et phrases in adversarios congerere cogitur; dum „obtrectatio et livor plenis auribus (ut dicit Tacitus) accipi-

untur“; dum orator flosculis dictionis partes ducis se sustinere somniat, tum sane mirandum non est, si cui responsum Hannibalis in memoriam redeat: „se neminem, qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse“. — „Populo romano“ ait Salustius (dum adhuc gloria staret) „nunquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat; — optumus quisque facere quam dicere; sua ab aliis benefacta laudari, — malebat.“

Quid hoc obtutu a liberalibus hodie fiat, praeter caetera videamus testimonia paginarum publicarum de Hispania: „E regno Valenciae scribunt, Caroli asseclas in locis patulis libere dominari, loca vero munita aegre admodum iis resistendo esse. Idem dicendum de Arragonia inferiore. Interea belli duces et reipublicae viri tempus adornandis dissertationibus contentiosis transigunt. Comes Luchana (Espartero, summus belli dux) contra redactores paginarum „Patriota“ literas Miranda submittit, cunctis paginis publicis inserendas, in quibus militare suum otium (non elucet quibus rebus). excusare conatur. — Isturiz Parisiis literas misit ad electores gaditanos in paginis publicis vulgandas, in quibus suam, dum Ministri munere fungerentur, agendi rationem propugnat, suspicionem, ac si pro „Estatuto regio“ technas strueret, amoliri conatur, et se brevi locum in Comitibus capturum pollicetur. — D. Martinez de la Rosa Commentarios typis edidit, in quibus inania Dni Calatrava



adserta respectu dimissi agminis suppetiarum gallicarum mense Augusto 1837. refutat. — D. Calatrava calamum acuit pro adornanda duplica. etc.“

\*

---

*St. Simonismus et novus Constitutionalis-*  
*mus.*

Principia St. Simonistarum et theoreticas constitutiones modernas fabricantium ad idem recidunt; et St. Simonismus nihil aliud est, quam logica quadam consequentia deductus et ex cultus systematis repraesentativi Constitutionalis. Iste quippe rem inde orsus est, ut Monarchas libertate, juribus et proprietate spoliet, et horum loco eos ad ita dictas tabulas civiles, seu pensionem annuam a „civitate“ assignandam, redigat. — St. Simonismus idem omnino cum singulis quibusvis individuis efficere vult, jura scilicet singulorum adimere, in fiscum redigere et pro iis ratione capacitatis et operum congruaria singulis distribuere, et partem in perfruendo concedere. — Doctrina haec longe frequentiores, et fors totidem, quot constitutionalismus, nactus fuisset asseclas, si, uti in hoc ab exordio factum est, plenam in perfruitione, et usu communium beneficiorum aequalitatem, sine ulla operum habita ratione depraedicasset.

\*

*Radicales etiam Prophetae.*

In sessione Curiae inferioris Angliae die 17. Jaanuarii h. a. Dominus R. H. Vivian, Praefectus rei tormentariae, inter caetera haec protulit: „Honoratus D. Ablegatus Kilkennensis (Hume, radic.) meminerat seditio-nem Canadensem a se praedictam fuisse; pro-fecto nemo eam certius praedicere potuit, ac Dnus Hume (D. Hume exclamat: „quare“?) Literae ejus, apud Dnum Papineau (caput se-ditionis) inventae; hoc abunde docent. Haec hominis illius memoriam nobis revocant, qui templum cathedrale Eboracense incendio con-sumtum iri praedixerat, ipseque dein illud suc-cendit. Ita et memoratus Ablegatus ad enatos in Canada motus plurimum contulit.“ — Dnus Hume contra hanc insimulationem semet de-fenderat, et certas quidem se literas in Cana-dam scripsisse haud negans, adfirmari posse negabat, a se, ad seditionem directe aut indire-cte quempiam provocatum fuisse. — Si quis ea, quae de Poloniae, Belgii, Italiae, ipsi-usque Galliae eventibus certo saepe augurio praecociter vulgata sunt, adtenta mente lege-rat, non potuit non ob nimium Propagandae sa-gacitatem in admirationem rapi, et propheticum quorundam spiritum arcto coriphaeorum cum suis remotissimis instrumentis nexui adtribuere.

v. \* e W.

---



*Armeno-Mechitaristica Congregatio.*

Peculiarem attentionem deposcit Congregatio Mechitaristarum Viennae existens. Haec Religionis Catholicae Armeno-ecclesiastica Societas, surrexit anno 1701 Constantinopoli, fundatore Mechitar, sacerdote armeno. Ipso jam suae institutionis tempore singulari erga Literaturam ecclesiasticam cura sese distinxerat; variis jactata vicissitudinibus, schismaticorum tandem technis Constantinopoli exturbata. Fundator Mechitar conscensa cum discipulis 11 anno 1715 navi appulit Venetias, ubi ab illo, qui Reipublicae praefuit, senatu, exceptus benigne, insulam S. Lazari jure perpetuo possidendam accepit, in qua etiam ecclesiam et claustrum erexit. Congregatio haec fundata jam in S. Lazaro Academia armena, suo in re literaria promovenda studio et insigni opera ad praesens usque tempus eminet. Anno 1813, Tergesto per Regimen Gallicanum ejecta, cum altissimo Caeso-Regiae Majestatis annutu recepta fuit Viennae adsignato eidem in suburbio S. Josephi claustrum abolitorum Patrum Capucinorum, una cum adjacente Ecclesia sub Invocatione S. Mariae de Auxilio. Vetustae hae aedes, quas emtione juris proprii Congregatio suas effecit, novis amplioribus, et venustioribus locum cedent; et effective exteriori novi claustrum structurae jam suprema apposita est manus, lapide funda-

mentali anno pr. isto in praesentia Sacrat. Majestatum et Caeso - Reginum Principum per Celsis. Principem Ludovicum Altieri, Nuncium apostolicum solemniter benedicto et imposito. Consummato plenarie hoc molimine et ad inhabitandum ad commodato surget opitulante divino numine in locum vetusti et augusti in gloriam Dei magnificentius etiam templum. Quia vero Congregatio haec, uti antea Tergesti ita nunc Viennae etiam typographiam et bibliopolium possideret, sine edendorum et propagandorum, in dilatationem et confirmationem Religionis orthodoxae vereque pietatis librorum, summamque Institutum hoc in sublimi sua destinatione exhiberet activitatem, necesse fuit in aedificatione novae Domus principalem habere rationem localitatis, quae dicto scopo responderet; et profecto haud multas numerabimus typographias, quae huic jam effective consummatae Mechitaristarum typographiae forent secundae. Anno 1824 Congregatio haec ecclesiastica pro annis 90 obtinuit privilegium exclusivum, edendi pro tota Monarchia Austriaca excepta Hungaria, Breviaria et Missalia latina. Anno 1815 a lege amortisationis fuit exempta. Status ejusdem personalis anno 1836 consistebat ex 28 Presbyteris et laicis. Ex Armenia habent Alumnos 10, qui juxta praescriptum Mechitari elementarem librum in lingua armenica instituuntur. Alumni pro sacerdotio destinati in lingua etiam latina et theologia imbuuntur; caeterum



studia illorum nullam ipsis tribuunt habilitatem, ad exercenda in Caesareis Ditionibus officia. Praeter consveta religiosa vota, Presbyteris hujus Congregationis peculiariis incumbit obligatio, eundi in omnes mundi partes, et fidem Catholicam, etiam cum periculo vitae, annunciandi, si ad id a Superiore suo mittantur. Habent superiorem Abbatem generalem, qui una est Archi-Episcopus consecratus ad ordinandos Sacerdotes Armenos; qui in praesenti est Ill. ac Rinus D. Aristaces Azaria Archi-Episcopus Caesareae, SS. Theol. Doctor, natus Constantinopoli. Religio illorum est Romano Catholica, ritus Syriacus. Scriptura illorum et idioma ecclesiasticum Armeno-Haykanum. ex. P.

---

*Rém, amitás, képmutatás, színlett ürügy, gyávák kijádszása, hitteli játék 's visszaelés, vakmerőség, sat. a' lázadás' hőseinek fegyvere:*

*Bonaparte beszéde Cheop Píramisnál.*

Bonaparte Kairó' megvétele után Egyiptomban, több fő tisztek, 's a' nemzeti-szerzet tagjainak társaságokban Cheop piramissához sétált, mellynek beljében ötöt több Mufftik, 's Imánok várták, hogy neki a' nagy piramis belső építés módját is meg mutassák. Reggeli 9. Órakor gizellő hegy-fokhoz ért, megvizsgálta az öt alacsonyabb piramisokat,

's Cheópnál különös figyelemmel állott meg. Be ment a' piramis belsejébe, 's itt egy utra talált, mellynek hossza 100, szélessége pedig 3. láb vala, 's azon osztályba vezetett, mellyben Pharao' sirhalma volt, a' ki ezen sorompót építette. Egy más út egyenesen a' piramis tetejéhez emelkedett, 's két altánra vitt, innét egy boltos párkányra, a' hol a' falban egy test-váznak (mumianak) helyét lehetett látni, mellyet egy királyné testének állítottak. Ezen utolsó szakasz egy igen együgyü bolt volt, egy nagy granit darab feküdt benne, mellynek hossza 8. szélessége 4 lábnál többet foglalt magában. Erre leült Bonaparte kísérelével, 's leültette maga mellé Suleiman Ibrahimot, 's Muhamet Muftit, 's Imánt, és illy beszélgetésbe ereszkedett velek.

**Bonaparte.** Nagy az Isten, csudálatosok az ő művei. Ez egy nagy remekje az emberi mesterségnek. Ugyan mi czélja volt annak, a' ki ezen piramist építette.

**Suleiman.** Az Egyiptomnak egy hatalmas királyja vólt, Cheopnak mondják; czélja az volt, hogy semmi szentségtelen rabló ne háborgassa hamvának nyugalalmát.

**Bonap.** A' nagy Czirus a' szabadban temettette el magát, hogy teste annál hamarább térjen vissza elementomaiba, nem hiszed, hogy ő jobban cselekedett?

**Suleiman.** (Meg hajtja magát) dicsőség az Istennek; ötlet illet minden dicsőség.



**Bonap.** Dicsőség Allahnak! — Melly Kalifa nyittatá meg ezen piramist, 's ki háborgatta a' nyugvónak hamvait.

**Muhamet.** Azt mondják, hogy Machmet, ki egynéhány század előtt Bagdádban uralkodott; mások azon hires Aaron Raschidot mondják. — Az Isten nyugosztalja meg, — mitsoda kintsekről álmadozott; de a' történetek azt írják, hogy mikor benyittatta, itt csupa test-vázakra talált és a' falon ezen írással: „As Istentelen a' gonoszt félelem nélkül gyakorolja, de nem bánat nélkül.“

**Bonap.** A' kenyér, mellyet elrabol a' gonosz tévő, száját homokkal tölti el.

**Muhamet.** (meg hajtja magát) Az a' bölcseségnek szava.

**Bonap.** Dicsőség Allahnak! Nincs más Isten, mint Isten; Mahomet az ő Profétája, és én egy vagyok Baráti közül.

**Suleiman.** Idvezség az Isten követjének; Idvezség nekedis, győzhetetlen Vezér, Mahomet kedves barátja.

**Bonap.** Köszönöm neked Mufti. Az én lelkem gyönyörködik a' bölcs Koránban, 's szemeim telvék várakozással. Én szeretem a' Profétát 's reménylem, hogy azon szent városban sirhalmát látandom 's tisztelendem. De az én küldetésem most abban áll, hogy a' mamelukokat kiirtsam.

**Ibrahim.** Hárítsák el a' port utaidból a' győzedelem Angyalai, 's azt szárnyaikkal tétezzék. Veszne el a' mameluk.

**Bonap.** Már meg vagyon verve, 's a' setétség lelkeinek Mukir 's Gaukirnak általadva. Az Isten, a' kitől vagyon minden, parancsolá, hogy uralkodásának vége szakadjon.

**Suleiman.** Ő kinyújtá rabló kezét Egyiptom országára, gyümölcseire 's marháira.

**Bonap.** 'S a' legszebb Rab-Nökre, szentséges Mufti! Allah kiszáritá az ő kezét. Egyiptom az ő asztal jószága? Mutassa meg, hogy az Isten azt reá bizta. — Az Isten még is igazságos 's irgalmas a' néphez.

**Ibrahim.** Legvitézebb Issának (Jézusnak) követői között! Allah melléd adá vérangyalát (Würgengel), hogy megváltsad Egyiptomot.

**Bonap.** Ezen Ország nyögött a' 24 párt-ütők' szorongatási közt, kik a' nagy Sultán, a' mi Frigyesünk, ellen ágaskodtak — Az Isten adjon neki dicsőséges országlást, 's tisz ezer Kanadi 's Georgiai Rabokat — Adriel a' halál Angyala elaléltatá őket leheletével; mink jöttünk, 's ők enyésznek.

**Muhamet.** Dicsőség győzhetetlen fegyverednek, Skander (Nagy-Sándor) utánjövöje, 's azon váratlan dörgésnek, melly lovagid' közepekből szaggotott ki. \*)

**Bonap.** Hiszed, hogy azon rettenetes dörgés, egy emberi kézműve? Elhiszed azt? Allaha adá azt kezembe a' Hadangyal által.

\*) A repülő tűz-szerek, mellyek a' Mamelukokat nagy zűrzavarba hozták.



**Ibrahim.** Szavaidból ráesmerünk Alláhra, ki tégedet küldött. Hátszedhettél volna-e borostyánt, ha az nem lett volna Alláhnak akarátja? Delta és a' szomszéd tartományok elzendülnek tsudáidra.

**Bonap.** Egy mennyei szekér (Szél-hajó) fog felszállani, 's parantsolatomat megviszi a' felkőknek, onnéta' menykő csap alá egy ércz és ineg' képében, ha akarom.

**Suleim.** Es azon nagy kigyó, melly Pompejus oszlopa alól bújt ki, midön győzedelmes seregidet Skanderichbe (Sándor-várba, Alexandriába) vezetted, nem a' te kezéd csudaműve?

**Bonap.** Századunk bölcs Férjfiak! elvagytok arra rendelve, hogy még nagyobb csudákat lássatok; mert eljött az újra születés' napja.

**Ibrahim.** Issa' tisztelője! A' békes Istenség rád veti szemeit atyai szerelemmel, 's téged a' Proféta fiainak oltalmául rendel.

**Bonap.** Ne féljete! Meg fogtok méretetni a' Balthazar mérő serpenyőjében, és méltóknak találtattok.—Nem tudtok ezen Píramisban valami kincset elrejtve?

**Suleiman.** (a' hasára tevén kezét) Nincs Uram! — Erre megesküszöm Mekkában is a' szent Városban.

**Bonap.** Gonosz, hármos gonosz érje annak fejét, a' ki a' mulandó gazdagságot keresi, az arany' és ezüstre ásítozik, melly a' sárhoz hasonló.

Ibrahim. A' proféta téged' jobjára üt-  
tet a' feltámadás napján, ha a' trombiták har-  
madszor harsognak.

Bonap. Kinek füle vagyon a' hallásra,  
hallja! Itt vagyon a' politikai feltámadás órája  
minden nemzetekre nézve, mellyek nyögnek  
az iga alatt. Muftik, Imánok, Dervisek, Mu-  
lákk, Kalenderek! oktassátok Egyiptom' né-  
pét, ébreszgesseitek, hogy magát velünk egye-  
sítve a' Begek' 's Mamelukok uralkodásoknak  
egészlen véget vessünk. Gyarapítják a' Fran-  
tziák a' kereskedést, hogy innén a' Bráma ha-  
zájában száljatok ki árúttokkal. Nyissátok fel  
táraitokat révpártotokban, távoztassátok tö-  
letek Albion 'szigetének lakosít (az angolyo-  
kat) 's vessétek meg Issa fiai között. Ez a'  
Mahomet' akarátja. A' Frantziák' gazdagsá-  
gok, szorgalmok 's barátságok segítségüllesz  
néktek, mig egész a' hetedik égbe felhattok.

Suleiman. (meg hajtja magát) Ugy be-  
széltél, mint a' legbölcsebb Mullah. Mink hi-  
telt adunk szavaidnak, követjük tanácsodat, 's  
az Isten meghalgtja könyörgésünket.

Bonap. Nagy az Isten 's csudálatosok  
az ő művei, békeség veletek szentséges Muf-  
tik.

---

*Naves vaporariae etiam apud nos strenue  
multiplicantur.*

Tergesto 22. Jan. Die 12. h. hora 10.  
antemeridiana vaporaria „Stambul“, maxima



e navibus vaporariis, in nostro navali aedificatis, in mare demissa est. Longa est 174 pedes, et machina ejus 160 equorum vim exerit, estque austriacae danubialis navigationis societati propria. Tantam molem e navali deducendi difficultas magno machinae pondere adaucta est, tum vero, quia navis jam in navali malo, antennis, velis, funibus omnique adparatu instructa fuerat, negotium deductionis plurimum impeditum, tanto plus consilii atque peritiae deposcebat. Cuncta tamen exstructores navis, fratres Poli, opportune adeo providebant, adparabantque, ut navis intra pauca temporis minuta omnibus substaculis liberata in mare delapsa sit, et comtam levemque structuram suam oculis sistens per fluctus placide nataverit.

Tergesto, die 26. Jan. Hodie vaporaria „Baro Stürmer“, a societate nostra vaporariae navigationis procurata, 290 tonnarum capacitatis, et vi machinae 65 equorum pollens, e navali in aquas demissa est. Cum haec navis praecipue pro legendis litoribus austriacis destinata sit, non infra 3 mergitur pedes, studioque sic constructa est, ut tanto facilius ad litora alligare et vada sinuum subire ac decesum aestus excipere possit. Navis haec est fratrum Pritchard opus, quorum dexteritas nota est, quive hac etiam vice elegantiam cum firmitudine conjungentes celebritatem famae, peritia et arte struendarum navium partae, confirmarunt.

*Census animarum in Imperio Russico 1836.*

Notitiae, in cancellaria Ministri aerarii collectae, testantur numerum populi in Russia propria et in diversis eidem copulatis provinciis 1836 multo supra 60 miliones constituisse; Cleri ecclesiae graeci ritus numerus 503,895, aliarum vero religionum in Russia toleratarum 34,502 efficiebat; nobilitas haereditaria e 538,160, nobilitas autem munerum e 153,194. animabus constabat. Classis civium inferior, eo comprehensis etiam militibus, a signis dimissis, 424,490 individua numerabat. Exteri pro tempore in Russia degentes erant 37,329; variae ad exercitum spectantes armatorum coloniae regulares, diversa item cosacorum agmina ad Tanaim, in Tschernomoria, ad Ural, in Caucasia, legionarii milites in Sibiria, disciplinae militari non subjectae Baskiriorum et Kalmukorum catervae simul 1,932,165 individua utriusque sexus numerabant. \*) Incolas urbium mediae et inferioris classis novissimae census tabellae 4,175,869 exhibebant. Ex his ad statum mercatorum 251,961, ad opificum et fabricantium caetum 2,773,416 pertinebant. Populus ruri 44.826.588 animas censebat, e quibus 21,463,993 coronales, et 23,362,595 dominales erant ruricolae.

\*) In expositis his numeris ubique sexus uterque intelligendus est, secus in Russia semper tantum mares in censum venire consueverunt.



Nómadicae gentes, uti Kalmuci, Kirgisii et aliae muhamedanicae turbae 507,697 fuisse putabantur. Omnis Caucasiae populus 1 millionem 378,297 constituebat. In regno Poloniae 4,188,222 in magno principatu Finlandiae 1,372,122, et in colonia ad societatem mercantilem russo-americanam spectante 60,963 animae numerabantur. Hi numeri simul jam 59,333,566 animas exhibent. Huc non sunt comprehensi subalterni in regulari exercitu terrestri vel in classe militantes, nunc vero pro tempore incerto domum dimissi, unacum uxoribus et liberis absunt, tum ferae, inter Pontum Euxinum et mare Caspicum in Caucasicis alpibus habitantes, gentes, quarum numerus ad 1,445,000 computari potest; denique diversae inter Orenburg et Sibiriam sub russo sceptro degentes gentium tribus, quarum census accurate iniri nondum potuit. Omnibus itaque his in censum populi totius Russiae receptis 62 milliones animarum tute assumi possunt. ex. \*

---

*Nati et mortui Pestini 1837.*

Praeterito anno 1837 Pestini 1714 mares et 1602 alterius sexus infantes nati sunt: simul itaque 3316; Matrimonium iniverunt 700 paria; mortui sunt 3850, et sic numerus mortuorum, numerum natorum 534 superat.

---

*Benefaciendi studium RR. Dni Casimiri  
Gáspárik.*

**V**acio. RR. D. Casimirus Gáspárik, Canonicus Custos Cathedralis Capituli hujatis, magnanimitatem suam, quam civitati huic incolisque variis beneficii operibus jam testatus est, novissimis duobus annis amplius adhuc comprobaverat, dum quippe forum ante cathedrale templum et duas praeterea plateas lapidibus sternenda curaret, opulentioribus commoditatem, pauperioribus merendi modum et toti urbi notabilem decorem praestitit.

---

*Census Populi in Schematismo Archi-Episcopatus Agriensis.*

**S**chematismus Archi-Dioecesis Agriensis pro 1838. comte typis editus, Episcoporum et Archiepiscoporum, tum Praepositorum major. et Canonicorum nomina in serie, ipsiusque civitatis Agriae historiam succincte exhibet. — Populi census sic exponitur: 360.962 romano-catholici, 52.220 gr. rit. cath., 327.968 reformati, 18.257 evangelici, 1352 gr. rit. n. uniti et 20.681 judaei, simul 781.440 animae.

---

*A e n i g m a.*

Quod patre majus est pecus, minus matre?

---



*Juris publici theoria et praxis.*

Is, qui vera juris publici doctrina serio occupatur, citius aut tardius in quaestionem de verae hujus doctrinae civilis ad praxim errore neam relatione impinget; seu verbis aliis: scire cupiet, annon fieri possit, ut propagata vera status ac juris civilis theoriâ, revolutionaria et despositica praxis superari, sicque infausti eventus in melius converti queant?

Nos hic publicam illam atque ingenuam confessionem praemittimus: illam scientiis politicis et doctrinis juridicis, aut in genere cuidam, in campo duntaxat cognitionum exstructae, theoriae inesse vim nobis haud videri, ut ea orbem reformando par sit.

Communiter opinio illa, quod theoria eventus progignat, ex parte tantum dimidia vera est; eodem enim jure dici posset, per eventus theoriâ prognerari. Viva in historia phaenomena cognitionem plerumque antecelant, et postquam in vitam prodire, ratio investigans, discernens, resolvens et expendens vires suas in iisdem exercet, dein factum, quod historia proponit, ratum habet, aut reprobatur, ac demum ope chemiae scientificae, compositione et abstractione id conficit, quod theoriâ vocare consuevimus.

Universim in vita singulorum non secus, ac in historia comperimus, homines non nisi id velle et appetere, quod amant, idque amare,

quod intimae suae indoli atque propensionibus affine et consentaneum est. Et deinceps primum conatur ratio delectum animi, propugnare. Itaque ex animo propullulant pravae cogitationes; rationalis earum in ordinem digestio, justa partitio, aut excusatio postea subsequitur. Proinde non rationales theoriae sunt, quae historiam condunt, sed cupiditates, propensiones, et lubidines animi humani.

Haec etiam de falsis iuridicis civitatum theoriis valent. Prima earum origo puris putisque rationis humanae erroribus tribui nequit, sed erroneis animorum propensionibus; errores illi inde a prima origine non sunt errores intellectus, sed potius voluntatis. — Imo externe etiam considerati magni in theoria juris publici errores nihil aliud sunt, quam falsarum religiosarum, ecclesiasticarum et moralium doctrinarum, quas contemptus fidei et fastus progenerere, ad jurisprudentiae ac politicarum scientiarum campum transplantationes. Experimur praeterea, quod temporibus illis, quibus vera fides religiosa, et efficax vita ecclesiastica viribus recentibus valent, quamcumque etiam erroneus de indole et natura civitatis conceptus vix quemdam in vitam activam influxum exerit. Ita dicta florens theoriarum publico politicarum et juris civilis aetas communiter oritur, dum religiosa et ecclesiastica disciplina occumbit; tum quippe theoria civitatis locum simplicis christianae religionis conscientiae occupare conatur. Hinc illud etiam



phaenomenon clarum explicatum habet, quod quotidie observandi amplum quivis campum habet. — Hodie jam justa juris publici doctrina ad illum gradum explicita et ad eam lucem posita habetur, ut lucta inter eam et errores prioris seculi scientifice terminata censeretur. Et si lucta illa res esset solius intellectus exclusive, quivis profecto erroris atleta institutione, et si opus sit, consequente ratiocinio ad veram politicam doctrinam brevi deduceretur. Qui tamen hoc crediderit, teneat solummodo cum obvio quocumque liberalium nostrorum in doctam se immittere disputationem. — Mox ad illam metam deventurus est, ubi ratiocinia et argumentationes in adversarium nullam amplius vim exerunt, quoniam is praemissa repudiat; et irrationale hoc elementum est illa, extra omne ratiocinium posita, hocque praecedens fides, quae ad voluntatis atque cordis humani negotium spectat. Jure itaque merito liberalismum in variis suis speciebus novam politicam religionem compellere multis placuit.

Hoc igitur pacto quaevis juris civilis et reipublicae elucubratio saltim in praxi superflua omnino dicenda foret? — Minime! Inhaereamus etenim analogiae inter falsam doctrinam politicam et falsam religionem, deprehendemus profecto ambarum asseclas in duas magnas classes abire. Vel scilicet sunt tales, qui veritatem ignorant, quia eam nunquam

audiverant, falsamque doctrinam cum lacte materno insuxerant; vel tales qui eam nolunt, seu demum eam noscant seu non.

Quaevis eiucubratio et institutio pro prioribus duntaxat valet, ea enim a cortice glaciali, quo cor et voluntatem suam hi posteriores circumdederant, resiliet. — Vera itaque juris publici theoria nihil aliud praestare potest, quam bona semina disseminare; haec vero haud meliori gavissura sunt fortuna, quam semina in parabola evangelii, de quibus dicitur: „aliud cecidit secus viam et conculcatum est, et volucres coeli comederunt illud; et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habuit humorem; et aliud cecidit inter spinas, et simul exortae spinæ suffocaverunt illud; et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum.“

Non secus in vita externa vera juris publici doctrina absque dubio fructus feret, — cum tamen idem de errore dicendum est, quem obcoecatio animi firmiter retinet, hinc necessario consequitur: veram doctrinam nihil aliud efficere aut promovere posse, quam ipsam luctam, ad quam illis, qui bona voluntate praediti sunt, arma quoque suppeditat; — effectus attamen, seu victoria extra vires ejus posita est. Haec quidem in diem extremum bonis promissa est, illucusque attamen lucta anceps inter utramque partem nutabit, et propagatio theoreticarum veritatum eo duntaxat de-



serviet, ut electio inter bonum et malum unicuique ob oculos ponatur. *Lucta hæc est historia orbis.*

v. \* e B. W. B.

---

*Laus et aestimatio civis nostri, de literis bene meriti.*

Conatus literarios ad provehendam in patria nostra ingenii culturam et humanitatem pertinentes, ab exteris quoque aestimari, novissimum programma academicum Magnifici H. C. A. Eichstadii, Theologiae Doctoris, Serenissimi Magni Ducis Saxo-Vimariensis a consiliis aulicis intimis, Equitis I. Ordinis Falconis albi, Eloquentiae Professoris et Societatis Latinae Jenensis Directoris, praeclaro documento est. Vir hic doctrina apud Germanos celebratissimus in libello laudato agit de linguae et literarum latinarum studio, sine quo prima aetas, testantibus cultissimis nationibus, liberaliter institui nequit, atque nominatim civem nostrum Cl. Michnay, Professorem Modrensem, (his verbis: „vir doctus in Hungaria, Andr. Dan. Michnay, Rector Gymnasii Modrensis“) sumta ab illis programmatibus occasione, quae hic vir, docendi peritia optime cognitus, ante unum et duos annos edidit, inter eos viros appellat, qui perpetuam linguae latinae utilitatem quam plurimis rationibus docuerunt, ut: Folietta, Sigonius, Arntzenius, Heinzius et Ge-

dikius, quorum nomina nemini literarum gnaro ignota sunt. Quo rarius usu venit, ut aliquis nostrorum doctorum scriptorum in programme exterae cuiusdam literarum universitatis nominetur, eo gratior fuerit honorifica haec mentio cuique patriam amanti viro, praesertim quum auctorem habeat Eichstadium illum, quem artis latine scribendi hodie unum omnium peritissimum esse summo consensu cuncti affirmant, atque eum virum spectet, qui opes doctrinae, in patria et apud externos \*) partas, nunc in emolumentum nostrae iuventutis studiosae verbo et scripto diligentissime impendit. — In fine programmatis Magnificus Eichstadius ex longo annorum usu confirmat, eos plerumque studium linguae latinae cavillari et in odium adducere velle, qui

---

\*) Cl. Michnay iam in Lyceo ev. Poseniensi, duce meritissimo hujus scholae Professore Cl. Grosz, summum studium literis antiquis impendit, tum triennium exegit in Universitate literarum Lipsiensi et Göttingensi, in qua priore Academia singularis ille honor ei obtigit, ut in Seminarium regium Saxon. philologicum ab hujus instituti direttore illustri Beckio, Consiliario regio, reciperetur, ibique ad munus scholasticum dextre obeundum praepararetur. Quod postea uno fere anno Monachii et Vindobonae versabatur, id, teste Gersdorfiano horreo literario, vulgo repertorio appellato, antiquis literis egregium fructum tulit. Quo fit, ut is, tum accurata literarum antiquarum scientia, tum insigni peritia, via et ratione docendi de schola sua Modrensi eximie jam meritus sit.



ipsi hulus linguae imperitissimi sunt, vel ob  
 nimium novandi studium non perspiciunt, ho-  
 norem et utilitatem literarum sine scientia et  
 usu linguae latinae, omnibus eruditis commu-  
 nis, sustineri non posse. Utinam gravissima  
 haec de studio linguae latinae verba, a gra-  
 vissimo in Germania viro profecta, alte in pe-  
 cтора descendant, efficiantque, ut illis, qui ab  
 hac receptui canunt, obsequium non praeste-  
 tur!

---

*Nova plateas sternendi methodus.*

Commissarius silvarum et nemorum (Mi-  
 nister operum publicorum) in Anglia, Lord  
 Duncannon, praecepit, ut platea inter White-  
 hall et Westmonasterium tentaminis instar mal-  
 tha-asphaltite (asphaltic mastic) seu mortario  
 bituminoso sternatur. Constat methodum hanc  
 Parisiis jam adhibitam esse.

---

*De turfa in minus volumen comprimenda.*

Lord Willoughby post tentata plurima ex-  
 perimenta tandem methodum invenit turfam per  
 compressionem in massam lithantraci similem  
 convertendi. Frusta turfae recenter efossae  
 societati montanae submisit, quae intra pauca  
 minuta secunda in materiam duram et fere sic-  
 cam conversa sunt, Pondus turfae ex 8 ad 5  
 1/2 deminutum est, et sic 2 1/2 libras aquae  
 amisit. Volumen ad dimidium decrevit.

---

## FIGYELMEZTETÉS.

*A' Hirnök 1837. 46dik és 50dik számai alatt  
közlött adatok iránt a' Magyar  
Játékszínekrül.*

Csaplovics úr a' Hirnök' mult esztendei 46dik számában közlött adatok közül a' magyar játékszínre nézve legrégebbnek találta Braxatori által Tót nyelven Korponai Évkönyvek' czime alatt 1810dik esztendőben kiadott munkája után azon megjegyzést: hogy a' Korponai evangelicus diákok hihetőleg tót nyelven már 1636-ban színjátékokat adtak. Azonban a' Hirnök 50dik száma sokkal régiebb, 's jelesebb adatokat közöl I-ső Mátyás, II-dik Ulászló, 's II-dik Lajos Királyaink idejükből, felhozván különösen, hogy a' most említett szerencsétlen Lajos Királyunk alatt nem csak a' Királyi Udvarban, hanem Hazánk Naggyainál is divatoztak színészeti előadások, valamint szinte táncz, 's muzsika gyakorlatok is, állítását egy Nürenbergi Költőnek bizonyításával támogatván, ki a' Mohácsi veszedelem előtt ezen művészeti tárgyak' tanítása végett Hazánkba költözködvén a' Török háborúnak nem reménylett kiütése, és hazánkunk rögtöni felháborodása miatt kénytelenítetett visszamenni.

Nem czélunk hazánk színészeti régiségeit a' kijelelt adatokon túl nyomozni, hanem csupán azt kívánjuk itt megemlíteni, hogy



hazánkban az iskolai ifúság között legelőször a' jó erkölcsökre kelemetesen ható színészetet ama világszerte érdemtellyes Jézus társasága hozta gyakorlatba; ugyan is ezen széles tudományú, fedhetetlen erkölcsű, 's ritka ajtosságú szent Rend, a' jó erkölcsök iránt való vonzalmat, a' gonosz ellen való gyűlölséggel, ékes, és elmés beszéd mód, illendő magatartás, 's bátor viselet által erkölcsi színész darabokban mintegy személyesítve, tudta a' fogékony ifjú keblekbe oltani, melly előadásuk az ifiaknak, nem csak kelemes üdőtöltésül, hanem egyszersmind hasznos foglalatosságul, sőt vetélkedésül is szolgáltak. Ezen Rend legelőször dicső emlékezetű Oláh Miklos Esztergami Érsek, és Cardinalis által 1561dik esztendőben hozatván be hazánkba, noha akkor csak 1567dik esztendeig lakhattak Nagyszombatban tanítván a' Hit ágazatit, 's tudományokat iskolákban 's templomban, jó erkölcsöket pedig példákban; mindazon által fel lehet tenni, hogy már ezen esztendőkben is tanítványaik által erkölcsi szín darabokat előmutattattak, de ezen rövid üdőszakról a' történet írás tudtunkkal ezt felnem jegyezte. 1567dik esztendőben pedig leégvén Nagyszombatban lakházuk onnan az Atyák, a' Rend akkori főkormányozója Borgiás szent Ferencz rendeléséből, elköltözni kényszerítettek. Mind azon által 1586dik esztendőben Kolocsaí Érsek, és Cardinalis Draskovics György királyi Helytartó, 's Egri Püs-

pök Radeczy Istvány halála után, ki a' Thúróczi Prépostságot, melly a' szerencsétlen tatar pusztítás után 4dik Béla Király által alapítatott, birta, ezt Prágában 2-dik Rudolf Császár, és Apostoli Királyunktól a' Jézus társasága számára kinyerte, melly is Petheő Mártony Váczi Püspök, és Kubinyi László Kincstári Tanácsnok, mint Királyi Biztosok által nékie általadatván, a' tanítást Thúróczon, vagy is Znió Várrallyán a' Rend által oda küldött Atyák azonnal elkezdették, de nem sokáig maradhattak ott ezen szelid Múzsák, mert már 1598dik esztendőben Sellyére Nyitra megyébe tettek által, hol noha 1599dik esztendőben a' Törökök segítségére jött Tatarok által elrémítettek; 1600dik esztendőben pedig az ország szerte dühösködő éhelhalás által tanítási hivatalukban hátráltattak, mindazonáltal már 1601ben nem csak példás maguk viselete, 's jeles oktatása által a' nevelésükre bizott magyar ifúságnak, köz tiszteletet, 's hálát érdemlettek, hanem egyszersmind Husvét 3dik napján „a' setét tömlöczbül megszabadult 's győzedelmeskedő ártatlan Jósefet“ szinpadon adván, az eddig illyes mit nem látott Sellyei népet, 's más halgatókat kellemes meglepetéssel bámulásra ragadták. 1) Szinte 1602dik esztendőben a' Boldogságos Szüz tiszteletére az ifúság között egyesület alapítatván ezen ünnepély emlékezetére az oskolák udvarán, „Damascenus“ szinjátékban adatott. Azonban nem sokára dőghalál,



1604dikben pedig Bocskay Istvány zendülése annyira háborgatták a' szépen tenyésző Muzsákat, hogy 1605-ikben csak ugyan számkivettettek, 's így a' mesterek, 's tanítványok eltávozván, a' zendülők a' Jézus társasága jószágait felprédálták, 's maguknak foglalták.

Az Isteni gondviselés által azonban az igaz ügy kivívta magát, mert a' Jezsuiták érdemeit, pusztá 's koholt rágalomokkal, melyeknek ezen Rend mindenkor kitétetve volt, 's talán éppen azért is, valamint a' tudományokban, ugy a' tiszta erkölcsökben is utolérhetetlen, 's fedhetetlen maradt, az igazságot tisztán látó emberek előtt soká elnyomni, vagy éppen örökre eltemetni nem lehetett. Lelkes Pártfogói támadtak tehát mind az Ország Gyűlésén, mind azon kívül Egyházi 's Világi Redek között az elnyomott, és méltatlannul rágalmozott szerzetnek, kiknek is, és jelesen Gróf Forgách Ferencz Cardinalis, és Primás' közbevetésére a' Thúróczi Prépostság a' Szerzetnek vissza adattatott, 's lakásukra, 's oskolákra Nagyszombatban a' régi Dominicanus Klastrom kijeleltetvén, abba 1615eik esztendőben fényes pompával számos Egyházi, 's Világi Méltóságok' jelenlétökben a' nevezett Primás által beiktattattak, mindazonáltal a' Thúróczi Prépostságot a' szerzet maga neve alatt nem birhatván, 2) azt a' Primás maga vette által, de jövedelmeit a' magáébol megkettőztetve adta által a' szerzetnek. Ezen lelkes Főpap' még ezen esz-

tendőben történt halála után 2dik Mátyás Királynak 1616dik esztendei Aprilis 25kén költ adomány levele szerint 5-üik Pál Romai Pápa megegyezéséből 's akaratjából Pázmány Péter akkori Jezsuita Atya, 's Theologus nyerte a' Thúróczi Prépostságot olly feltétel alatt, hogy annak jövedelmei a' Nagyszombati Jezsuiták' Collegiumára fordítassanak; azonban alig kormányzotta 5 hólnapig Pázmány Péter a' Thúróczi Prépostságot, a' midőn Primásnak kineveztetett. Eképp a' tudományok terjesztésére is szebb jövendő reménye sugározván, a' közönséges tanítások ismét azon esztendei I-ső Augustusban elkezdődtek, és noha az ifúság, melly olly rövid üdő alatt majd 300ra szaporodott, a' közbejött szüret végett széllyel oszlott, előbb már még is annyira gyakoroltatott, 's mivelletett, hogy nyilvános declamatiókat tartott, mellyek élénk örömmel fogadtattak az egész város által, 's azért a' városi, seminariumi, 's fő Káptalani tanuló ifúság is a' Jezsuita Atyák ügyelete alá rendeltetett. 1617dik esztendőben már 600on fellül volt a' tanuló ifúság száma, kik között a' Zászlós uri Rend közül 13, 's igen számos fő nemes ifiak voltak, jelesen ezen esztendőben Szelepcsényi Györgyöt, később Kalocsai, majd Esztergami Erseket a' sarjadoszó Nagyszombati intézet tanítványai közé számította.

(Vége következik.)

---



*Legujabban érkezett tudósítások a' kölni kérdés kiegyenlítésére nézve.*

Berlin, jan. 25. A' Rómából ide legujabban érkezett tudósítások a' kölni kérdés' közelgő kiegyenlítésére nézve igen kedvezők, miután ő Szentsége a' porosz követ' felvilágosításit 's előterjesztésit nem csak kegyesen fogadta, hanem egy válasziratban a' kölni történetek felett élénk sajnálkozást is fejezett ki. E' válaszirat' hangja épen nem az allecutioban uralkodott keserűséget árulja el, hanem inkább apostoli szelidséggel említi a' kereszténység' fejének azon szent kötelességét, hogy minden kibéküléshez készséggel járuljon. Ezt tévén ő Szentsége, egyszermind ugyan Droste bárónak az érseki székre visszahelyeztetését sürgeti; de mind e' mellett is nem hiszik, hogy ezen *elhatározottan tagadó* felelet, melly neki e' kívánatra a' kormány' részéről adatott, a' kiegyenlítés' munkáját komolyan hátráltatná, sőt inkább itt (Berlinben) meg vannak győződve, hogy Rómában az innen ajánlott *másnemű rendszabások'* teljes szükségét átlátandják, hogy így a' megzavart egyesség egy vakbuzgó pártnak daczára is helyreállíttassék. Jóllehet itt a' magasabb körökben senki sem kételkedett egy békés kiegyenlítés' bekövetkezésén, mégis igen örvendetes volt az olly gyors eredmény, mellyet egyedül a' status' szorosan jogszerű és erőteljes lépéseinek kell tulaj-

donítani. Igaz ugyan, hogy ama' vak és dühös párt, melly már évek óta dolgozik azon, hogy lételének szomorú jeleit a' tizenkilenczedik század' évkönyveibe is benyomja, 's azt, ha lehet, a' nagy küzdéssel lerázott régi lánczokba verje, nem mulasztandja el, saját egyházi fejének e' bölcs mérsékletét eretnekíteni; de hiszen csak a' tehetetlenség szokott vak dühösségre vete-medni, 's az előre törekvő világszemlélet' igazi kifejlődésének sem ezen, sem más hasonló vakbuzgó vagy isteneskedő (pietista) tulságoktól nincsen mit tartani. *Michaelis* káplán azonban a' magdeburgi fellegrvárban van, honnan neki csakugyan nehéz lesz a' háborításnak újabb pásztorleveleit terjesztgetni. — Mint halljuk, a' kormány e' napokban fogja itt a' már régóta kész röpiratot sajtó alá bocsátani, 's azt 6000 példányban a' nagy közönség által is megvásárolhatólag áruba eresztetni. Mint már említettük, az *Bunsen* követ urnak munkája, 's a' körülményekhez szabva ugyan, de mégis minden kimélettel van írva. A' status benne inkább önvédőleg, mint vádolólag szól, 's megmutatja, a' mit már többször tett, hogy a' kölni ügyben a' jognak 's fenálló törvényszerűségnek legszigorúbb formái szerint bánt. — Néhány nappal ezelőtt itt is nagy szerencsétlenség történhetett volna; t. i. a' hadminisiterium' palotájában tűz ütött ki, melly azonban csakhamar eloltatott. *H.*

Más tudósítások szerint *Bunsen* urnak említett röpirata: „*Előadása a' porosz kormány*



*bánásának a' kölni érsek ellen*“ Deckr' udvari könyvműhelyében Berlinben már csakugyan meglelent, mult évi november' 25dikéről szól's 23 felvilágosító mellékletre támaszkodva, két fő szakaszra oszlik, mellyek' elsejében a' vegyes házasságok' pörös kérdése 's az iránt az érsekkel folyt értekezések, a' másodikban pedig az érseknek a' bonni cath. tudományi kar' és *Hermes* professor' követői ellen tett lépései foglaltatnak. *H.*

---

*Commercium Russiae cum Asia media.*

Cum limitaneis populis asiaticis, praecipue cum diversis gentibus Kirgisensibus, cum Buckaranis, Chivensibus et aliis quibusdam frequentissimum hodie exercent commercium mercatores russici Orenburgenses. Commercium hoc in permutatione mercium potissimum consistit. Pro praecipuo cum Kirgisensium commercii emporio deservit chors permutationis trans urbiculum Uralsk. E Bucharia hoc anno 4 conductus mercatorum cum vecturis 1800 camelorum illuc adpulerunt; adportatae merces ad 953,951 rubel aestimatae fuere. In Buchariam 10 conductus mercatorum expediti sunt, 9 quippe per munimentum Orsk, et decimus, per deserta Kirgisiorum. Valor omnium expeditarum mercium 566,640 rubl. effecisse putatur. Mercatores Bucharenses hoc anno cum suis mercium conductibus magnum circuitum confecerunt, ideo verisimiliter, quia

via recta Orenburgum magna ex parte per terras rapinis inhiantium Chivensium et his vicinorum nomadum ducit. Commerciū cum Kirgisiis maximam partem oves efficiunt. Hoc anno 65,629 oves in valore 614,166 rub. permutatae sunt. Praestantia ovium Kirgisiensium a pascuis dependet, prout quippe illa ad boream vel austrum magis jacent. In prioribus pumila et debilis, in australibus vero major et robustior species ovium procreatur.

---

*RR. Ant. Karner Rector Gen. Seminarii Pest.*

C. R. Ap. Majestas die 20. Jan. Antonium Karner, Canonicum Jaurinensem, Pestiensis Generalis Seminarii Cleri jun. Rectorem benignissime nominare dignata est. *H.*

---

*Ill. Andr. Miskolczy tit. Eppus Serbiensis.*

C. R. Ap. Majestas altissima resolutione de 9. Dec. a. p. Praepositum Maj. et Gen. Vicarium Cath. Capituli Quinqueecclesiensis, Andream Miskolczy, tit. Episcopum Serbiensem ben. renunciare dignata est.

---

*RR. DD. Joan. Hoffmann et Mich. Müller tit. Praepositi.*

C. R. Ap. Majestas altissima resolutione de 13. Jan. c. a. Parochum oppidi Kecskemét, Joan. Hoffmann, tit. Praepositum B. M. V. de Dornau, — et Par. in Félegyháza, Mich. Müller, Praepositum S. Nicolai de Chuchnis benignissime denominare dignata est.



*Patriotismus, continentia et liberalitas hodiernorum Pöblicolarum.*

Paginae publicae e Portugallia haec ferunt: „Sensim publice innotescit, cur Minister aerarii, — qui locuples est, et plene independens vivere posset, Londini et in insula Madeira domos commerciales possidet, — tanta contentione munus Ministri ambiverit, et quidem ea rerum tempestate, dum arduum omnino est, vacuo aerario praeesse, et unde quivis deterreri potius deberet. Scilicet non adeo vanitas cum exstimulabat ad titulum Excellentissimi obtinendum, quam majorum adhuc opum acquirendarum avaritia et cupiditas, in quem scopum D. Oliveira, sub alieno utique nomine, duas domos argentarias Ulyssipone erexit, in quibus pauperes officiales et pensionati, tum viduae et orphani suas de percipiendis stipendiis quietantias et aerarii apochas cum jactura 50—80 a centum vendere possunt. Cum Minister aerarii exsolutionem harum apocharum plene in potestate sua habeat, omnemque perceptam ad publicum aerarium pecuniam in hunc usum convertere possit, et revera etiam convertat, saepe capitali summa, in hunc scopum conversa, intra octiduum 50—80 per centum lucratur. Usurariae huic pravitati, quae publice constat, tribuendum est, quod munera publica gerentes in dies plus restantis salarii ab aerario exigen-

dum habeant.“ \*) — (Atqui industrialis haec vitae ratio et laudata aevi nostri consuetudo quaestoria a novis hominibus e privata vita, tamquam principium saeculi, in publicum munus transfertur; et qui privatus anticipando argentum, depresso syngrapharum pretio, egentium fortunas mercari solebat, obtento campo ampliori contractum olim morem solertius continuat. Injurius profecto esset, qui e. g. ab uno Mendizabal inveteratam consuetudinem foeneratoris in collegio Ministrorum repente ponendam exigeret!)

Litterae Madrito de 16. Jan. (in paginis „Commerce“) haec habent: „Minister belli pro tempore Baro Espinosa de Solar, antequam munere decederet, optime sibi consuluit. Omne restans salarium sibi exsolvit, (quod utique apud caeteros magistratus fieri nequit), et magnam Ordinis Equestris crucem conferendam sibi curavit, quo facto emolumentis, cum titulo Excellentissimi conjunctis, perfruenti jure gaudebit.“ — (Est itaque aliquid, cur viri liberales etiamsi ad exiguum duntaxat

---

\*) Notum quippe est, aerarium aes nec ad maxime necessaria expensa tegenda cogere posse ita, ut nec magistratus aut milites solvere, nec apochas syngrapharum publicarum pensionumque exsolvendo sit. Pensionati autem et apocharum possessores vivere debent, coguntur itaque apochas vilissimo pretio Ministro, qua argentario privato, vendere, qui dein in pleno valore illas ex aerario publico sibi exsolvi curat.



tempus altiora munera — deturbatis per factiones et impetitiones aliis aliisque magistratibus — appetant, et sui hoc sacrificium ad altare Patriae offerant! — Legimus nuper in publicis paginis: amasiam Dni Mendizabal, divini Arguelles sororem, e distractis ecclesiarum thesauris margaritas magni pretii, de quadam B.M. Virginis imagine detractas, paulo post publice in collo gestasse, sacraque priorum olim fidelium vota tam proterva insolentia profanasse. At vero Mendizabal toties coram Comitibus patriotica sua studia lacrimis contestatus est, ut nec hodieum rationes administrationis aerarii absolutique sui arbitrii, per illimitatae fiduciae liberalia suffragia sibi concessi, reddiderit. Et hisunt illi viri sancti, qui alios depraedationis publicorum reddituum, peculatus ac repetundarum insimulant, antiqua regimina dilapidationis arguunt, de oppressi- onibus subditorum magnis clamoribus queruntur, oeconomiam Status ac civitatum depraed- dicant, de aurea aetate fabulantur, quasi ut primum ad imperium devenerint:

„Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibunt,  
Flavaque de viridi stillabunt illice mella.“

Hoc quidem fors de se ipsis tantum intelli- gendum esset, quia misera plebs et omni spe decepta populi multitudo, mox proprio pericu- lo expergefata, vacua canit cum Ovidio:

„Tertia post illas successit aenea proles,  
Saevior ingeniis, et ad horrida promptior arma.

Ac scelerata simul. De duro est ultima ferro.  
 Protinus irrupit venae peioris in aevum  
 Omne nefas; fugere pudor, verumque fidesque,  
 In quorum subiere locum fraudesque dolique,  
 Invidiaeque, et vis, et *amor* sceleratus *habendi*.  
 Vela dabat *ventis* (somnia!) nec adhuc bene  
 noverat illos.

Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius  
 aurum

Prodiderat: prodit bellum, quod pugnat utroque,  
 Sangvineaque manu crepitantia concutit arma.  
 Vivitur in *raptō*: non hospes ab hospite tutus,  
 Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara  
 est.

Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:  
 Lurida terribiles miscent aconita novercae:  
 Filius ante diem patrios inquit in annos.  
*Victa jacet pietas*: et Virgo caede madentes,  
 Ultima coelestū, terras Astrea reliquit.  
 Neve foret terris securior arduus aether,  
 Adfectasse ferunt regnum coeleste Gigantes.“

En imaginem politicorum vel poëticorum  
 reformatorum, qui infinito etiam in politicis  
 progressu ad coelos scandere gestiunt.

„Altaque congestos struxisse ad sidera mon-  
 tes“

Verendum profecto, ne idem hodiernis  
 Gigantibus eveniat, quod veteribus illis poë-  
 tarum:

„Tum Pater omnipotens misso perfregit olym-  
 pum

Fulmine, et excussit subjecto Pelio ossam.“



Historia certe etiam minime fabulosa vi-  
ces has rerum humanarum saepius jam prodi-  
dit, dum quippe fastu elati mortales jam astra  
se penetrasse rati sunt, confusio turris Baby-  
lon subsecuta est, immensaque molimina in  
vanum recidere.) \*

---

*Conventus populares quandoque in re levi  
graves, in gravi leves.*

Malis aliorum inspectis, melior evasi.

Paginae gallicae nuper haec communica-  
runt: „Curia ablegatorum die 25. Januarii  
post longiores ferias (quas publicae paginae  
soli frigori facete adtribuerunt) primo sessio-  
nem habuit. Hoc non obstante, ablegati mox  
post auspiciatam sessionem adeo mente se di-  
stractos praebuere, strepitusque privatarum  
conversationum adeo increvit, ut Praeses se-  
riis monitis et reprehensionibus intercedere de-  
buerit. Exceptis dein, et deputationi traditis  
duabus Ministri belli rogationibus, altera de  
vitalitio 10.000 franc. viduae Generalis Dan-  
remont decernendis, altera legendis 80.000  
tironibus e classe juvenum 1837. —, de consti-  
tuenda veste solenni ablegatorum propositio  
facta est. — Dnus Jobard hoc respectu con-  
silia sua die 26. Januarii explicuit, svasitque,  
ut ablegati stellam sinistro lateri adpensam ge-  
rant. Ad postulatum quinque ablegatorum per  
Diplomatis Articulum 38-vum (qui praecipit,

ut sessio, petentibus id quinque ablegatis, secreta habeatur) auditores e podio decedere jussi sunt. Nihilo minus consultationum series per paginas „Messenger“ in publicum divulgatae sunt. Ante omnia DD. Ledeau et Jobard, auctores propositionis, necessitatem demonstrare conabantur, vestem solennem ablegatorum, inde a restorationis tempore abrogatam, resumendi, adductis exemplis aliorum collegiorum constitutorum. Postea Dnus Roger proloquebatur: „Adducta haec — inquit — propositio mihi puerilis omnino videtur, praesertim post trium hebdomadarum otium. (murmur.) Regno triste contemplationis praebet argumentum (in centro strepitus, pedibus tunditur pavimento). Non blandimentis et ridiculis vestium, acu phrygia pictarum, ornamentis dignitatem et aestimationem nobis vindicabimus (murmur vehemens), sed negotiis reipublicae sapienter procuratis. („Vah! euge!“ in scamnis Ministrorum.) Populi vires agimus, ab eodem discriminare nos non oportet; ita, ut populus est, vestitos nos esse convenit, hocque honori nobis reputare.“ (A sinistris adplausus; in centro: „ad rem ipsam“) Orator proinde argumentum ingreditur et quaerit, quando et quomodo vestis illa solennis induenda veniat; an illis, qui eam sumere recusarent, rostra interdicenda sint? In memoriam revocat Generalem olim Foy levem ob hanc causam in elegantissima oratione interturbatum mediocri oratori locum cedere debuisse.



Tandem vero exclamat Dnus Roger „si vos plus vice simplici libertatem nostram constrinxistis, jus tandem amictus nobis relinquatis!“

— D. Delaborde exempla praeterita adducit: difficillimis revolutionum temporibus populi repraesentantes solennes vestes gessisse, quum et ipsa statuta comitorum id praecipiant. Siquis Curiae inferioris in Anglia exemplum his in obversum adducere velit, ab eo se quaerere: an vigentem ibi negligentiam imitandi ablegatis Galliae animus sit? amicumque tecto capite in oecum comitorum secum adducere; aut jussu Praesidis ad genua provolvi placeat? Ablegati inter populi turbam sepius jam insultus tolerandos habebant, quod si tamen recogniti fuissent, in triumphum ducti fuerant. (risus communis; D. Chapuis Montlaville: „Populus pridem jam haec missa fecit; posuitque animum“).

D. Delabord ad ea, quae in ductu funebri Generalis Lamarque evenerant, reflectit, ubi ablegati, solenni deputatorum veste destituti, per satellites curiae se protectos fuisse laetabantur. Insigne attamen argenteum in pectore non probat, sed pro securitate et dignitate Curiae potius vestem solennem, quae inde jam a 20 annis in usu fuerat. Latis tandem suffragiis horum major numerus e centro constans propositionem deputationi committendam decrevit. — Curia ablegatorum in suis deputationum consultationibus de veste solenni ablegatorum egit! —

D. Thiers adversam prorsus sententiam depromsit, animadvertitque, vestem acu phrygia

pictam, magistratibus regni praescriptam, temporum imperii maximum errorem fuisse. Temporibus restorationis ablegati vestem filis argentæis pictam gerebant; huic tamen mori reducendo id obversum est: quod hac ratione ablegati se inferiores haberent optimatibus, qui aureis filamentis pictas gestant vestes!

Die 3. Febr. D. Lamartine, Deputationis, ad expendendam Dnorum Jobard et Ledeau propositionem de solenni veste ablegatorum exmissae, Referens in comitiis sic est prolocutus: „Propositio haec — inquit — deputationi nec tam vana, nec tam gravis videbatur, prout adversarii ejus arbitrabantur. Tempore seditionum concitata multitudo nunquam solenni veste, sed constantia animi, et gravibus, adjunctis rerum accommodis, verbis refrenari potest. Quod solennem accessum hujus collegii ad caput civitatis adinet, libertas in sumendo amictu conveniens magis videtur, quam regulis subjectio. Deputatio itaque mihi suffragiorum majore numero (6 contra 4) injunxit, ut rogationem repudiandam svadeam.“

(In Hispania Curia ablegatorum in rogata lege de ordine consultationum simplicem vestis, „Frack“ dictae, speciem nigri coloris assumpsit.)

„Curia Ablegatorum Galliae die 29. Jan. exili suffragiorum numero propositionem Dni Laroche-foucauld de habenda alleviantium adjunctorum in tribunalibus bellicis ratione, e consultatione repudiandam decrevit. Quaestio haec gravis omnino fuit, quoniam in ea de vita ac morte



agebatur; ast honorandi ablegati familiaribus conversationibus privatis adeo immersi fuere, ut orator vix exaudiri potuerit, et D. Guizot indignatus pugno pulpitem percusserit, silentii obtinendi gratia.“ — In Portugallia hoc tempore, ajunt *Paginae ejates de 10. Jan.*, sessiones comitorum taedium pariunt, et ideo podia auditoribus prorsus vidua sunt; factiones Chamorros et Miguellistarum quietae manent; venandi ratio contra Remechido semper eadem, et effectu omni carens; caedes et homicidia in provinciis adeo sunt quotidiana, ut attentionem haud mereantur; quod in aerario nulla sit pecunia, ac proinde quod bursae munera gerentium et ventres familiarum communiter vacuae sint, pertinent etiam ad argumenta dissertationum publicarum toties recocta, ut omni novitate destituantur, nihil itaque superest, quam de varietate tempestatum colloqui. — (Fidele actorum publ. apud exteros speculum plura hujusmodi exempla proferre in medium posset.)

\*

---

### *FIGYELMEZTETÉS.*

*A' Hirnök 1837. 46dik és 50dik számai alatt  
közlött adatok iránt a' Magyar  
Játékszinekrül.*

(Vége.)

A' Jezsuiták bölcs kormánnya alatt remek példáit adta a' tanuló ifúság ezen eszten-

dőben a' szép művészetben, és színészetben való előhaladásának: ugyan is nem csak ama nagy jótévőjét, Pázmány Pétert, több alkalmatossággal, de főkép első Érseki Miséje után köz magasztalást nyertt üdvözlő beszédek' ékes előadásával tisztelte meg, hanem két jeles dramát is adott elő. u. m. Urnapján: Illés Prófétát; egy más alkalmatossággal pedig szt. Imre Herczeget. 1618-ik esztendőben 2-dik Ferdinand' koronáztatására szinte Posonyba mentek a' Nagyszombati tanuló ifiak, hol a' nagy Király tiszteletére külömbféle üdvözléseket mondtak, 's elmés jelképekkel, festvényekkel, velős jelmondatok' kifüggesztésével diszesíték a' Posonyi vár' falait, mellyek annyira megkedveltettek, hogy a' jelen volt honi, 's külföldi nagyoktól, a' Király kijelentett akarátja ellenére is, azok vetélkedve szaggattattak le, 's rejtettek el, kiki szerenczésnek tartván magát, ha azon jeles elmék szüleményeinek valamellike birtokába juthata.

Az 1619-diki Ország gyűlése nem sikerülte után Bethlen Gábor Erdélyi Fejedelelem, Rákóczy György, Széchy György, 's mások által kihivattatván, minekutánna Kassa árulás által bevétetett, 's ott Körösy (Crisimus) Márk Esztergami Kanonok, Gródéczy Menyhárd, és Pongrátz Istvány Jezsuita Atyák kegyetlenül megkinoztattak, 's meggyilkoltattak, annak utánna pedig tetemeik az arnyékszékbe vettettek, ezen borzasztó



történet' híre a' Nagyszombati Múzsákat is elérítvén, a' 800-on felül lévő tanuló ifúság rögtön eloszlott; ez előtt mindazonáltal Lengyel Ország véd szentjét Kostka Szaniszlót, nemkülömben a' Test', és Lélek küzdéseit gnönyörű Dramákban a' jól készült ifiak köz meglelégedéssel szin padon adták. —

A' nagy szerencsétlenségen kívül még arrul is emlékezetes ezen esztendő, hogy ebben álitotta fel Pázmán Péter a' Nagyszombati két Convictust, u. m. ur, és szegény fiak számára, 's ezek már 25-en neveltettek is a' Primás' bőkezűségéből, a' midőn Bethlen zavargása őket csendes hajlékukból számüzte. — Ezen üdőtől fogva szinte 1624-ig a' Magyar hon' tudományos egét vastag felhő borította, 's ekkor is csak Februárius vége felé nyittathattak meg a' Nagyszombati oskolák, 's ekkor kezdett a' ború valamennyire oszlani, 's egy szelidebb hajnal derülni, — ugyan is, még ezen esztendőben az ifúság száma 500-ra szaporodott, jövőben pedig u. m. 1625-ben már 900-at is meghaladott. Mind az előbbeni, mind ezen, sőt a' következő esztendőkben is jeles szindarabokat adott a' tanuló ifúság, mellyeket hosszsan előszámlálni nem czélunk, osupán általánosán kíványuk itt azt említeni, hogy minden oskolai esztendőben jeles ünnepek alkalomával, avagy magas vendégek tiszteletére a' Nagyszombati tanuló ifúság remek színészeti darabokban magát kitünteté: így 1629-

ik esztendőben akkori Nádor, Gróf Eszterházy Miklós tiszteletére, ki éppen Nagyszombatban Octavalis törvény széket tartott, 's nem régen az arany gyapjas Rendet nyerte, a' Diákok a' „Világ Fiát“ játszották.

1635ik esztendei Május 12kén szinte nagy pompával emeltetett az eddigi Nagyszombati Gymnasium Universitássá. 1637dik esztendőben pedig, a' midőn Gróf Eszterházy Miklós Nádor által épitetett templom felszenteltetett, nem csak tüzi játékok mulatták az egybe gyült számos Méltóságokat, hanem egyszersmind „bölcs Salamon Király“ ki az Isten dicsőségére a' leghiresebb templomot építette, az ifúság által szinpadon adatott. Ezen esztendőben meghalálózván a' nagy Pázmány Péter, ki egy Universitást, két Collegiumot u. m. Pozsonyit, és Szathmárit, két Semináriumot, u. m. Bécsit, és Nagyszombatit, 's két Apátza klastromot alapított; a' Thúróczy Prépostság 3dik Ferdinand Király által a' Nagyszombati Jezsuita Atyáknak önnön nevük alatti birtokukba vissza adattatott. —

Említést érdemel még, hogy midőn 1638dik esztendőben Mária Anna 3dik Ferdinand Királyunk Hitvese Pozsonyban megkoronáztatnék, a' Nagyszombati Múzsák ismét fényesen, 's köz megelekedéssel tisztelkedtek Pozsonyban. 1643ban Olmutzból a' dühösködő Svéd háború végett számos ifúság költözvén Nagyszombatba, az Olmutzi ifúság példájára szt. Albert Nagyszombati Pap nevelő házá-



ban Hangászati Intézet alapítatott. 1646ban Lippai György Primás tiszteletére az ifiúság ismét színészeti mutatvánnyal kedveskedvén a' lelkes Fő Papnak, valamint ezt, úgy a' számos vendégeket igen kelemetesen meglepte, midőn egy hó fehérségű galamb a' szín pad tetejéről 10dik Inocentius Pápa által Romából küldött Erseki Palástot szájában tartva lerepülvén, azt a' Primás ólébe letette. Végre 1660dik esztendőben Magyar Országban első bejövetelének százados ünnepét tartván a' Rend, ez nem csak nyilvános ajtatossági gyakorlatokkal, hanem egyszersmind a' Társaság 100 esztendei munkálkodásinak színészeti ábrázolásával is díszesítetett. — s. \*

1) Lásd *Ortus, et Progressus Almae Archi-Episcopalis Societatis Jesu Universitatis Tyrnaviensis a primis illius initiis usque 1660. Tyrnaviae 1725.*

2) A' Bécsi béke (1606) 8dik cikkelye ezt foglalja magában: Hungari non consentiunt, quò Jesuitae in Regno Hungariae Jura stabilia, et possessionaria habeant, et possideant. Sua tamen Majestas Juribus suis inhaeret. Ezen cikkely az 1608dik esztendei 8-dik Koronázás előtti cikkely által is helyben hagyatván, az ellen rögtön folyamadott az Ország gyűlésén jelen lévő Catholicus világi és Egyházi Rend; sőt az Egyházi Rend nyilván a' Posonyi Káptalan előtt 1608ik esztendei szt. Erzsébet Asszony ünnepét követő pénteken írásban is el-

lenmondást tett. Lásd ezekről bővebben a' fentebb érdeklött „Ortus et Progressus Universitatis Tyrnaviensis“ czimű munkában 35-dik lapon Pázmány Péter, mint akkori Jezsuita 's hires Theologus folyamodását a' Catholicus Ország Rendeihez, 's ezeknek ismét 2-dik Mátyás Királyhoz felírásukat; valamint szinté „Rubricae Juris Ungarici per Joannem Szegedi e Soc. Jesu Tyrnaviae 1734 Parte 3a pag. 10a, 12a. „Azonban az 1687dik esztendei 20dik czikkely már így rendelkezik: Ut a' modo in posterum Religio Societatis Jesu nomine colectivo sumpta, cum ad clementem Suae Majestatis Sacratissimae Resolutionem, tum superinde coram II. SS. OO. factam demissam Instantiam in hoc Regnum Hungariae, et Partes Eidem adnexas pro recepta, et stabilita habeatur; Unanimiter sancitum est. Az 1715ik esztendei 73dik Czikkely által a' Szerzet' két benszülött Követeinek az Ország Gyűlésen ülés, és szavazat is adattott, mint hogy az Szerzet ollyatén Jószágokat birtt, mellyek annak előtte hasonló jeleségekkel felruházott Prépostságokhoz, 's Apátságokhoz tartoztak. —

---

*Aquam sub tectis extinguendo incendio aptam, ne hieme in vase congelet, parare.*

Postquam nuper Parisiis tempore incendii, quo theatrum italicum consumtum est, ex-



perientia docuisset, adparatus pro exstingvendo incendio effectu omni idcirco destitutos fuisse, quoniam aqua, quae in vasis praesto servabatur, gelu constricta fuerit, paginae parisienses adtentionem publicam ad medium haud sumtuosum reflectunt, quo huic malo occurri possit. Medium hoc in eo consistit, ut aqua in vasis, pro illo usu destinata, sale ad 10—12 gradus Aërometri imbuatur, quo facto a congelatione in infimo etiam apud nos frigoris gradu custoditur. Hinc illud etiam commodum enasceretur, quod ignis aqua salsa longe celerius exstingvatur, quoniam sal, postquam aqua per calorem in vapores abit, ardentibus rebus adhaerens, materiae lucis contactum impedit, ulteriorem inflammationem cohibet, ipsamque vim ignis suffocat.

---

### *Hieroglyphi in Pyramidibus Aegypti detecti.*

Inter maxime memorabiles detectiones in campo aegyptiacarum antiquitatum censerim id, quod tandem in pyramidibus, et quidem in maxima, hieroglyphi detecti sint, hoc tamen non communi alias more inscriptionum, sed in singulis lapidibus aedilibus. Inter tali ratione inventos hieroglyphos est etiam nomen regis Schuso, i. e. Suphis, qui teste Manetho (Herodoto Cheops fuisse videtur) maximam pyramidem aedificasse fertur. Adtentione merito per hoc nuncium erecta est, avideque expectatur uberior ex Anglia de situ rei relatio.

Data historica et conclusiones inde gravissimae cum arcano hoc colossali connexa sunt, quae nobis inde ab ingressu Aegypti offeruntur. v. \* e W.

---

*Numi veteres romani in Africa.*

Paginae algerianae nunciant, in occidentali provinciae parte inter Oran et Tlemesen e repurgato quodam puteo 20 numos memoriales protractos esse, in ovum struthionis conclusos, seriem imperatorum a Vespasiano usque Commodum sistentes; unica Cocceji Nervae effigies ex illa serie deest. Praeterea 3 numi Faustinae inventi sunt. Limites chronologici, invento hoc antiquitatis thesauro descripti, inde ab anno Christi 69 usque 192 pertingunt. D. Breston, Praefectus civilis, numos illos pro museo Algeriano emit.

---

*RR. Jos. Gaal, Can. Albensis. — Joan. Fragner et Thom. Andreanszky Can. Scepusienses.*

Caeo-Regia Apostolica Majestas Canoniatum, in Capitulo Cath. Alba-Regalensi vacuum, Josepho Gaal, oppidi ZsámbeK Parocho conferre; et

In Venerabili Capitulo Scepusiensi, Dominico Biaczovszky Can. a munere Canonici scholastici soluto, Josephum Kolbay, canonicum scholasticum; — Joannem vero Fragner, Nedecensem, — et Thomam Andreanszky, Sablonkaensem parochos, ejusdem Capituli scepus. Canonicos bb. denominare dignata est. Hirn.



*Gratiae populares.*

D. O'Connell, qui caeterum nunc a cunctis sanioribus, imo ab ipso etiam civitatis Dublinensis senatu, factioni Ultratory addicto, tam a magna parte unionum, ab operis conflatarum, in consiliis suis adjuvatur, perpetuam luctam sustinendam habet cum conspirationibus operarum proletariorum, quorum uniones dissolvere nititur. Die 20. Jan. Dublini in regia domo argentaria sub Praesidio Urbis Praefecti, auctore Dno O'Connell, conventus celebratus est, in quo de mediis supprimendarum coalitionum operarum consilia conferri debuissent. Conventus interim ad aliud tempus differri debuit. O'Connell in sermone suo a membris conspirationum operarum, quae ad conventum comparuerunt, interturbatus, exclamavit: „Interturbationes has equidem haud miror; coalitiones enim, contra quas proloquor, inter se condixerant, ne exaudiar (vehemens murmur sibilis intermixtum). Legibus adversam hanc agendi rationem mente comprehendere nequeo. (tumultus increscit). Exaudire me debetis, non enim sumus in conventiculis conspirationum operarum. (Clamor a plurimis suffertur: „Solvimus pro ingressu schilling“.) In tali perturbatione decerni nihil potest.“ Tumultus interim continuo increscit. — Contumeliosae voces uti: Mendicus! Proditor! etc. contra Dnum O'Connell projectae;

pugnis eidem minae intentatae; denique aegre admodum ab amicis Dno O'Connell tutus recessus praestitus. — Novissime ab operis simulacrum hominis e stramine confectum, addito placato, seu ingente inscriptione: per hoc magni agitatoris personam significari, in foro libertatis suspensum est; dein vero constructo rogo inter magnos clamores combustum. —

Receptiores de hoc argumento paginae haec scribunt: „Dublini concitationes inter conspirantes operas maximum attigerunt gradum. Ipse magnus agitator et liberator, ut insultibus et impetitionibus resistere possit, non secus, ac si decimarum collector esset, auxilio politionis eget. — Die 30-ma Jan. conventus rursus celebratus est sub praesidio Praefecti urbis, ut consilia conferantur de arripiendis mediis contra excessus coalitionum operarum. Dum O'Connell oecum ingrederetur, ab aliis adplausu, ab aliis vero — membris nempe coalitionum — acutis sibilis exceptus est. Per omne tempus consultationum summa grassabatur perturbatio. Murmur vehementissimum oratorum voces obtuderat. O'Connell vocem sufferre nulla ratione potuit. Conventus inter tumultus foedissimos dissolutus est. Dum Lord Major, O'Connell, et amici ejus surrexissent ex oeco excessuri, infestissimi tumultuantium in eos irruebant, ac Dnum O'Connell contumeliosissimis convitiis afficiebant; et hic magno duntaxat labore ardue admodum perminitantes turbas viam sibi aperire, atque a



quinquaginta politiae satellitibus, quos summus Judex civ. in oecum miserat, protectus, inde eluctari potuit.“ \*)

Rarum profecto est in historia exemplum, — quale quidem nostris temporibus unum vidimus — ut viri hoc sensu populares, id est agitatores, Nemesim effugiant, et faventibus quibusdam adjunctis super gloriola sua quieti tabescant. — Si enim fors ante praecipitium exterriti resipuerint et cursum stiterint asseclarum odium, si vero in caeptis perseveraverint, nec justitiae brachium interveniat, certum cum seductis exitium eos manere consuevit. — Si quis de hoc dubitare posset, consulat seditionum et revolutionum historiam.

\*

\*) Mutavitne D. O'Connell consilia? vel metam illam politicam adtigisse sibi videtur, ultra quam progredi nefas sit? aut in cursu veloci praecipitium sub pedibus conspexit, quo exterritus, pedem retrahendum existimat? num populi vota infinita censenda, quibus satisfacere in mortalium potestate non sit? an demagogi, fremitu tandem asseclarum expergefacti, tarde perspiciant, facilius communem illam felicitatem, quae hominum in hac vita conditio nequaquam est, promitti, quam procurari posse? — nolumus discernere: id tamen certum est, viros motus, si naturalis rerum eventus aliquo modo non praecipiat, eandem cum Dno O'Connell sortem nancisci debere! —

*Wolfgangus Kempelen.*

Posonii 1791 die 23. Jan. natus est celebris mechanicus Wolfgangus Kempelen. Postquam in Universitate Viennensi studia juridico-politica absolvisset, honorifica eidem provincia delata est codicem Imperatricis Mariae Theresiae in idioma germanicum vertendi, qua praeclare adeo defunctus est, ut autographa Imperatricis resolutione Concipista aulicus ad hungaricam Cameram aulicam denominaretur. Ad Consilium Cameralis aulici dignitatem in eodem dicasterio promotus aedificationem arcis r. Budensis, prout etiam rem salis in Hungaria dirigebat. Banatum a latronibus qui ibidem grassabantur repurgavit. Tandem ad unitam Hungarico-Transilvanicam Cancellariam aulicam Consiliarius, ad quietem dimissus, die 26. Mart. 1804 mortuus est. Kempelen in cunctis fere scientiis versatus fuit, quamquam Physica et Mechanica acceptissima ei studia fuerint. In hac in primis tanta praestitit, ut ea fidem fere omnem superent. Machina ejus formam viri, turcica veste induti, et ad mensam sedentis referens; lusumque Schah ludens in orbe nota est. Mensa ipsa ad omnem suspicionem, ac si ei ens rationale sub lateret, avertendam ope rotularum in pedibus huc et illuc moveri potuit. Machina haec cum peritissimis lusoribus in arenam descendit. Lusum semper a figura inchoa-



vit. Brachium sinistrum lente elevans calcu-  
lum, qui promovendus erat, arrepturus, illum  
digitis prehendit et ad areolam convenientem  
collocavit, brachiumque dein ad pulvinar ad-  
jacens demisit. Calculos seu figuras, adver-  
sario ademptas, e tabula scaccorum dimovit,  
suasque eis substituit. Ad quemvis aemuli du-  
ctum machina caput movere et in tabula lusoria  
circumspicere solebat. Si reginae hostilis ductu  
suo discrimen minabatur (schah reginae inten-  
tavit) hoc duplici capitis nutu indicavit, si ve-  
ro regem telis obvium habuit (schah regi) id  
ternis significabat nutibus; ad falsum vel erro-  
neum adversarii gressum caput agitabat. —  
Utrum inventor, qui mensae, super qua ludeba-  
tur, semper adstare, aut arculam in remotio-  
ri mensa collocatam inspicere consueverat, lu-  
sum ipse direxerit, aut per aliquem in machi-  
na aliquomodo reconditum dirigendum curave-  
rit, nunquam detegi poterat; recentius tamen  
hoc ultimum scriptor quidam anglus magna cum  
verisimilitudine demonstravit. Caeterum au-  
ctor culibet curioso, idque desideranti, ma-  
chinae, rotis, vectibus, elateribus refertae, in-  
teriora promptissime exhibuit. — Kempelen vo-  
calem etiam machinam invenit et fabricavit,  
quae quadratam archam, follibus provisam, re-  
ferens, syllabas quasque clare et distincte  
protulit, ut primum folles cum ventillis suis, pro-  
ratione vocum proferendarum, in motum posi-  
tus est. Praeter haec ad inventa ejus refe-  
runtur machina una ignis et vaporum, tum pul-

chra machina hydraulica in horto Bellifontis, in qua per aquae de monte delabentis pressionem aqua super cataracta decidua cylindro horizontaliter circumacta rursus in altum tollitur; nec non complura mechanica et hydraulica opera eidem tribuuntur. Denique aliquot dramata divitis ingenii ejusdem fructus habentur.

v. \* e Z.

---

*Conditio Ministrorum Religionis Muhamedanae.*

Sultanus inter alias innovationes, tempore Bairam, seu festivitatis, qua Quadragesimam immediate sequitur, et quo tempore Muhamedes Alcoranum a Nestoriano monacho accepisse traditur, hoc inquam tempore jussit, ut Ulema, seu Softi, i. e. seculares sacerdotes muhamedani in locum Turban adhibeant Fes, seu mitram rubram, quibusvis aliis muhamedanis communem, ut hoc modo eorum fidelitatem explorare possit. Istud collegium, ex Ulema compositum, innovationibus Sultani acerrime, non sine sui periculo resistit; quandoquidem hi constituunt illam hominum classem in gubernio theocratico Muhamedanorum, in qua concentratum est exercitium functionum cultus, tamquam in Sacerdotibus; scientia legum, prout in Doctoribus; et applicatio earundem, seu administratio justitiae, veluti in Magistratibus. Maximae igitur est auctoritatis



istud Corpus, aestimatione publ. ac divitiis munitum, et ob magnum in publica negotia influxum, cum primariis Familiis connexum. Privilegiis gaudent quamplurimis, sunt a taxis, et praestationibus quibusvis, nec non a confiscatione bonorum immunes, nec possunt puniri morte, nisi, extracti ex Ordine sacerdotali, ad aliquam dignitatem politicam eleventur; quamvis istud ultimum Sultanus sustulerit, reos sine discrimine morte puniendo. Dividitur tribus haec in tres ordines, quorum primus comprehendit ministros Cultus, *Iman* dictos: secundus Doctores legis, *Mufti*, nuncupatos: tertius administratores justitiae, *Kadi* vocitatos. Primi seu *Iman* sunt in quatuor classes divisi: in classe prima constituti concionantur, in secunda comprehensi recitant orationes in Moscheis; in tertia qui sunt, obeunt functiones; ad quartam denique spectantes populum ex turribus ad orationem invitant. Hi omnes sunt pauperes, tenuibus praebendis ex redditibus Moschearum provisi, minus exculi scientiis, et ex ultima hominum classe assumpti. Longe plura specimina suae habilitatis dare debent, qui ad munus Doctorum vel Magistratum adoptantur: hi etenim plurium annorum emenso studiorum cursu, rigorosissimum examen subire coguntur coram *Mufti*, ut pro condiscenda Jurisprudencia Muselmannica ad aliquod e Collegiis, Moscheis Bajazeti adnexis, admittantur; rigor hic patet exinde, quod duo solummodo alumni singulis 6 mensibus ad

tale collegium suscipiantur in gradu Mularini, seu apprehendentium, qui victu provisi, ad tria officia successive obeunda destinantur: primo sunt Naibi, sive ultimae classis magistratus, substituti seu vicarii Kadii; in secundo Kadii; in tertio Muderii, seu declarati Doctores legis. Omnes Mularini possunt esse Naibi; sed pro officio Kadii requiritur distinctum scientiae genus, et pro officio Muderii praeter longum studium, etiam protectio et favor, cum illud aperiat campum ad magistratum primi triplicis ordinis; exigitur itaque novus 8 annorum cursus, novumque praesente Mufti examen, a quo examinatus creatur Muderii. In hac classe continentur adhuc 10 distincti gradus Superiores, quales a candidatis nonnisi successive, secundum ordinem superioratus obtinentur: unde ad assequendum supremum superioratum requiruntur minimum 40 anni. Dantur tamen hic exceptiones pro filiis Mufti. Corpus Muderii subministrat individua necessaria pro Magistratibus, et pro Mufti diversarum Provinciarum, sicut etiam Professores Collegiorum Constantinopolitanorum. Tam normales scholae vulgo Mekteb quam Medresse seu collegia Moscheis adhaerent. In normalibus discunt legere et scribere cum fundamentis linguae turcicae, et Catechismo Muselmannico. In collegiis studia dividuntur in 9 classes; sunt autem: 1-o Grammatica, 2-o Syntaxis, 3-o Logica, 4-o Moralis, 5-o Scientia alle-



gorica, quae vices Rhetoricae supplet; 6-o Philosophia, 7. Jurisprudencia, 8-o Alcoranus cum suis commentis, 9-o Leges orales Prophetæ. Sed isti sunt solummodo tituli generales obsectorum scientificorum, quorum quodlibet comprehendit cursus et cathedras distinctas. Ita sub nomine Philosophiæ sunt Cathedrae Physicæ, Geographiæ, Astronomiæ, Matheseos; sub scientia allegorica continetur Poësis, Historia etc. In Medresis præparantur Ministri Religionis, Judices populi, et Doctores legis. — A vero proinde aberrant, qui existimant, Muhamedem prohibuisse cultum scientiarum, is enim saperte dicit: Studium scientiarum pro veris credentibus esse præceptum divinum. — Horum Ulema et omnium totius Imperii Mustium caput supremum est Musti Constantinopolitanus, qui magnum influxum habet in Cæbernium, quod semper ejus decisionem requirit in essentialibus negotiis, et est in tanta veneratione, ut eum Turcæ suum Benefactorem ac Dominum vocent. — Ex his apparet, collegium horum Ulema esse ipsi Sultano formidabile.

*A Missionario Constantinopoli O. S. Franc.*

*Pugnae singulares nec in Gallia poena immunes.*

Minister belli in Gallia Vigiliarum Magistrum in legione dimachorum, qui in singulari certamine Capitaneum quemdam occiderat, in

sylabum pensionum retulit; Officialem, qui priori adstitit, unius mensis, qui vero Capiteano, uti etiam Colonellum, quod duellum non impediverit, 14 dierum custodia mulctavit. — Decretum hoc cunctis legionibus edicto militari notum redditum est.

---

*Bővebb \*) megismertetése „Az igaz hazafiuság alapvonalai a' jelenkor szükségéhez alkalmaztatva“ czimű újkönyvnek.*

Most, midőn hazafiuság szent nevébe burkolva némelly szűk keblű, 's romlott érzésű úgy nevezett szabadelműek gonosz céljaik kivételére egész erejeből törekedni nem megvetendő haszonnak hiszik; most midőn az ország alkotmányával egykorú vallás szentségét kisebbiteni, érdekeit hiúsítani, a' király, és hon közti viszonyt lealázni, és amannak üdvös, és törvényszerű rendelkezéseit sikeretlenné tenni; most midőn a' törvényes szabadságnak romjain korlátatlanságot, és féktelenséget emelni, hon iránti szoros kötelességnek tartatik azon említett némellyektől; most éppen jókor gazdagítotott literaturánk a' kijelelt munkával, mellyben annak névtelen, de lelkes szerzője azon megszenteltt elvekből indul ki, mellyek tron, oltár, és alkotmányos szabadság iránt lelkesülést, szeretetet, és méltánylást fejlesztenek. Ezen célra irányoztatik az egész munka minden erkölcsi ereje, a' szabadelműek

\*) I. Méhkas IV. 289.



álbölcselkedéssel duzzadt véleményei csendes  
 érzéssel megczáfoltatván némi jó hatást lehet-  
 telen nem érzeni a' kebelnek a' hamisság 's  
 áltörvénytörés elgyengítésén, és a' tiszta  
 igazság diadalán. — Megemlítetik t. i. ezen  
 érdeklött munkában először is azon viszony,  
 melly a' haza, és nemzet között századokra  
 kiható foganattal munkálkodik, meghatároz-  
 tatik azután azon feltétel, melly nélkül nincs  
 haza. Az igaz hazafinak dicső eszméje alatt  
 lelkesedéssel találunk egy meleg keblű, egy  
 tiszta érzésű embert, kit olly honszeretet he-  
 vít, mellynek alkotó részei Fejedelem iránti  
 tántoríthatatlan hűség, alkotmányos szabadság  
 iránti szeretet, korlátlan, 's féktelen szabad-  
 ság iránti gyűlölet, és a' polgári társaság  
 közérdekü czélja szerént való igyekezet. Ö-  
 römmel ismérjük meg az igaz hazafiuságban  
 a' polgári, és társas élet erényeinek azon ma-  
 gasságot, mellyre a' honfi eljutván, Istene Fe-  
 jedelme, önmaga, és mások iránti minden kö-  
 telességeinek minden viszonyban, 's állapot-  
 ban megfelelni siet. — Ezen általános, és  
 mintegy bévezetési ismeretek után a' szerző  
 magának az igaz hazafiuságnak alapvonalait  
 terjeszti elő, azon népszerűséggel, csinos-  
 sággal, és nemes gondolkodással, mellyet  
 mind a' tárgynak, mind a' czélnek érdeke ja-  
 vallott. Ezek között a' *honszeretet* először for-  
 dül elő, melly azon saját önérzést kölcsönöz  
 a' kebelnek, melly a' kötelességek hív, pél-  
 dás, és hathatós betöltését eszközölheti. A'

*nallásosság*, melly az elme, érzemény, és izlés mívelésére gyümölcsözőleg hatván, és a társaságot a' jó, szép, és illendőre erősen ösztönözvén, az élet erkölcsi nemesbülésének, a' társas viszonyok javulásának, és főleg a' menyei dicsőülés megnyerhetésének felséges szinte, mint szükséges eszköze! A' lelkes szerző a' mindennapiságon felül emelkedve sépen mutatja a' történetek' fonalán a' nemzeteknek közegyezését ez ügyben, és legkevésebbé sem nagyítja a' dolgot, midőn Jézusnak az örök Atya egyszülöttének égből lehozott vallási rendszerét minden illy neműek felett boldogítóbb hatással lenni tanítja az emberiségre nézve; mellyet a' szellemi nyomorúság legmélyebb örvényéből a' világosság, öröm, és boldogság' útjára vezérlett, mellyen rendeltetéséhez szabad akaratjánál fogva biztosan közelíthet. — Az igaz hazafuság harmadik alapvonalának az *engedelmesség* méltán mondatik, mint hív tolmácsa fejedelem, és törvények iránt való meleg részvétnek, és ösztinte készségnek azok kívánatinak serényen megfelelni. Elerőtlenítetik itt az újkori liberalismus által az eredeti igazakról, és függetlenségről terjesztett hamis tudomány. Az *oppositio*, melly az igazság fényre derítése állleple alatt minden bár jó, helyes, törvényes, de fejedelemtől jövő rendeltést ellenszegülésével sikeretleníteni törekszik, lelkesen szinte, mint igazságosan megrovatik. — A' nemzeti közértelmesség fejlesztésének méltó ohajtá-



sát párosítja szerzőnk az ősi alkotmányhoz való hű ragaszkodással, mellyre nézve azonban kor, és czélszerű javításokat ugyanazon ősi alkotmány alap elveinek értelmében ohajt olly formán, hogy alkotmányunk halkal, 's nem rögtön javitassék, de soha se ujitassék benne semmi javítás nélkül. Érdekes mit a' nemzeti nyelv, mint a' nemzet legszentebb tulajdona, és legföltöbb kincse ügyében elmond a' szerző, annak, mint a' nemzet léte, és önvallása palládiumának, szorgalmas tanulását ohajtván, és javalván azon elvnél fogva miként idegen nyelveket tudni szép, a' hazait pedig lehetőségig mivelní kötelesség. Végre a' berekesztörvényhozás czimű czikkely alatt kijelöltetnek a' törvényhozóban méltán megkívánható tulajdonságok, nem hagyatván érintés nélkül azon visszaélések, és korlátlanságok, mellyek a' minden helyes ismeretek nélküli ifúság kábító lármája által szinte a' törvényhozói méltóságot, és önállását veszélyeztetik.— Nem lehet tehát nem örvendeni illy józanabb felvilágosulást csendes ihletéssel terjesztő munka feltüntén. Ohajtható, bár az ifúság főleg ezen kitünő tartalmu könyv figyelmes olvasása által azon szép, és szelid érzetekkel megbarátkozni sietne, mellyek az életet kedveltetik, a' lelket elragadják, 's a' menyei rokonságot olly nyilván hirdetik, mellyek a' fejedelem iránti hódoló engedelmességet, és hűséget elválhatatlanul párosítják a' haza szeretetével, és érdekével.

*Tary F. Succ.*

*Constantia libertatis adversus mancipatum. \*)*

Neoeboracenses paginae testantur, Curiam Ablegatorum suffragiis 135 contra 60 hanc rogationem Dni Patton e Virginia ratam habuisse: „Ut cuncti de abolitione mancipatus porrecti libelli supplices in districtu Columbiae, (qui sub immediato congressus gubernio constituitur) non secus etiam commentarios omnes, aut determinationes, de mancipatu in diversis unionis Statibus agentes, in cancellaria relinquuntur, quin perlegantur, expendantur, typis edantur, aut in consultationem sumantur.

v. \* e B.

*Prelum effrenatum malorum fons.*

Athenis de 14. inter caetera haec scribunt: „Nudiustertius (12. Jan.) paginarum „Minerva“ causa agebatur, prima inde ab introducta nova lege preli; Redactor, quia adhibitis verbis „peregrina dominatio“ odium contra regimen excitare voluisse convictus est, ad trium mensium carceres et centum drachmarum mulctam damnatus.“ — Festis dein novi anni descriptis, haec subjunguntur: „Praeter festivitates omnia hic tranquilla sunt, quod suppressis preli feris antea clamoribus plurimum in acceptis referendum est. Nunc post vibratum ictum manifestum fit, quantopere prelum infestum caussa concitatorum animum fuerit.“

v. \*

\*) Hoc ambiguum esse videtur; fors „pro mancipatu“ dicendum foret.



*Ordo Benedictinorum in Gallia.*

Per Breve pontificium prioratus in Solesmes in supremam inter Abbantias Benedictinorum in Gallia elevatur. Novi monachi primum tomum operis sui sub titulo: „Origo Ecclesiae Romanae“ typis jam ediderunt. — Priorem hucusque, Dñum Guéranger, qui canonicae adprobationis caussa hac hieme Romam profectus est, Rom. Pontifex Abbatem denominavit. Per easdem literas apostolicas etiam congregatio gallica Ordinis Sancti Benedicti, quae priores congregationes in Clugny, St. Vannes, St. Hydolphe et St. Maur comprehendit, iterum restituitur. Abbas Solesmensis una semper Generalis Superior hujus congregationis futurus est. v. \*

---

*Lanae in Angliam invectae quantitas.*

E recentissime editis tabellis patet omnem anno 1837 in Angliam importatam lanam 162,847 fasces seu sarcinas constituisse; e quibus 53,359 e Germania, 30,318 ex Australia, 13,162 ex Hispania, ex aliis vero regnis, uti Russia, America meridionali (magna copia sed qualitatis vilis) Turcia et Barbaria, Africa meridionali et Italia 66,008 sarcinae invectae. Portus praecipui, in quos germanica et australis lana invehitur, sunt Londinum et Hull. Novissimis duobus annis quantitas invectae lanae sic se habuit, 1836 lana germanica 84,024 sarcinae, et 1837:

52,995; defectus 31,029 sarcinarum. Lana ex Australia 1836 invectae sarc. 22,783, et 1837 efecit 30,304; adauctio 7521 sarcinarum. Patet igitur Australiam regno matri tres quintas submisisse quantitatis, quam Germania suppeditaverat.

---

*RR. Adalb. Bresztyenszky et Leo Gácsér*  
*O. S. Ben. Abbates.*

C. R. A. Majestas die 3. Febr. a. c. Adalbertum Bresztyenszky, S. Aniani Epis. et Confess. de Tihan — et Leonem Gácsér, B. M. Virginis de Dömölk, Abbates Ord. S. Benedicti per Archi-Abbatem S. Montis Pannoniae propotos b. confirmare dignata est.

---

*L o g o g r y p h u s .*

Grammatibus conflata decem vox sum 'latialis,  
In cunctis resonans oribus ausoniis.  
Vexo reos quamvis mortales corpore tuto;  
Me tamen agnoscunt esse salutiferam.  
Anterior mea pars fuerat gens bellica quondam,  
Romanis priscis hostis iniqua nimis;  
Posterior, sine t, numerat tibi multa creata,  
Ut: vermes, volucres, tum pecus ac homines.  
*s. Joan. Papp. Temesvár.*

---

*Solutio Aenigmatis in Nro 12.:*

**M u l u s .**

---



*Novum oblatum in negotio struendi inter  
Budam et Pestinum pontis stabilis. \*)*

Quaestionem de ponte stabili, inter Budam et Pestinum struendo, ac legē novissima privatis singulis aut societatibus sub conditionibus magis probandis relicto, inter duas partes, Baronem nempe Sina et DD. Wodianer sociosque agitari, praeviaque opera reipsa jam suscepta esse, e paginis publicis cuique notum est, et consilia illa Alvearis Fasc. III. pag. 161. exposita fuerant. Paginarum Budensium Appendix recentius in eodem negotio oblatum in hanc rem memorabile his verbis communicant: In „Hirnök“ Nro 32. a. p. hoc respectu declaratio Dnorum Wodianer et sociorum continetur, quae innuere videtur, structuram pontis ab hac societate sub favorabilioribus conditionibus, quam Baronis Sina sint, susceptum iri, illa addita animadversione, quod operis hujus in effectum deductio inter ambas partes concurrentes adhuc problema sit, quod B. Sina per Dnum Clark, — DD. Wodianer autem cum sociis per D. Rennie, ambos ab hydraulicis operibus celebres viros Anglos resolvendum cu-

\*) Alveare quidquid magnum hoc in Patria opus, quod animos tantopere merito occupat, concernit, si ejusmodi sit, quod in ephemeridibus multum spatii politicis relationibus subtraheret, lubens recipit; sicut omnia ea, quae artes, scientias, industriam, commercium, et instituta quaeque salutaria respiciunt, spe, Lectoribus ea ingrata haud futura.

rarunt. — D. Clark pontem e catenis, Dnus Rennie e ferro fuso struendum svadere dicuntur. Pons e catenis fors leviori labore, minoribusque sumtibus struendus foret; at majori spatio eget pro arcu catenae tendendo, ac proinde in urbe sine aedificiorum jactura non quovis loco erigi potest; turbinum praeterea tempore impactui cedit et oscillat, et motu hoc atteritur, quod longiori tempore, praecipue in turres, e quibus catenae tenduntur, tam perniciosos exerit effectus, ut periculum eo duntaxat praecaveri possit, si pilae ac columnae ex una, non e pluribus partibus constructae fuerint.

Pons e ferro fuso cum 35—40 orgias latae chordae arcubus, qualis Southwarkensis in Anglia est, scopo convenientissimus foret, qui nullis aliis incommodis, nullique attritui expositus est, praeter quam tempestatum et aeris, cui facile occurri posset; at vero tantos exposcit sumtus, ut liber pontis usus ad sera nimis tempora recideret, tanto quidem magis, si exteri artis periti in struendo hoc opere illam sequerentur persvasionem, quam facta jam saepius experimenta, frequentior item usus et praedilectio productorum suae patriae excusare possunt, — scilicet, quod ferrum in sua patria erutum scopo magis respondeat.

Licet vero altiori sapientia sollicitudo haec fors praeversa sit, aut saltem, in quantum caepto illi operi patriotico aliquomodo non ad-



versaretur, adhuc eidem occurri posset; inexcusabilis tamen verecundiae ratio dicenda foret, media in hanc rem opportuna, plurimum mature expensa, variisque, nec non sumtuosis experimentis et operibus procurata subticere, quibus fors aliqua saltem ex parte sumtibus in magno illo caepto parceretur, impensaque ipsa aeris summa regno conservari posset.

Tentamina, in majori et minori mole instituta, exploratum reddiderunt, pontem pensilem cylindro-arcuatum scopo eadem ratione, uti e ferro fuso, aut lapidibus structo, respondere, imo his in multis etiam praestare; nam:

1-mo Erigi in quovis loco et spatio potest;

2-do Partes in hoc ponte, e ferro fuso constantes, omnes supportandi et sustinendi vires exerere, seu maximum virium suarum usum praestare debent;

3-tio Onus pontis non oblique, sed verticaliter agit in pilas suas, unde singuli arcus seorsim quovis tempore erigi possunt, quin pilae subditae inde detrimentum patiantur;

4-to Ad aequalium chordarum arcus caeteris paribus minus e ferro desideratur, ideoque etiam sumtus minor;

5-to Pons cylindro-arcuatus aquae praeterfluenti plus spatii relinquit, quoniam arcuum extrema (ubi pilis insistunt) in eodem horizonte cum pontis strato sita sunt, neque in flumen immerguntur.

6-to Pons hujusmodi tanta firmitate gaudet, quantam e solis arcubus ferri fusi constans vix unquam obtinere potest;

7-mo Pontis hujus summae supportandi onera vires, antequam in flumine erigatur, absque periculo experimento subjici possunt, quod in nulla alia pontium structura fieri potest;

8-vo Gloriam etiam nationali non posset non esse incremento, si magnum hocce opus non solum e productis hungaricis strueretur, sed illud etiam inventionis esse hungaricae \*)

\*) Non videtur abs re esse in memoriam revocare, hic illud pontis genus intelligi, quod jam paginae variae domesticae (et Ephemerides nostrae inter primas) descripserunt, quod patriae nostrae inventum est. Pons talis revera jam summo cum applausu, per fratres Hoffmann et Maderspach in fusoria Ruszkbergensi paratus, super torrentem Cserna, cujus viribus nullus hucusque alter resistendo fuerat, ad thermas Herculis prope Mehadiam exstructus est. Ad ideam novae hujus structurae brevibus revocandam sufficiet hic ea commemorare, quibus ea ab aliis pontium structurae generibus differt. — Pons catenae tensae innixus pondere catenae arcum deorsum format, ne itaque aquis fluminis circa medium immergatur, turres in ripa, et pilae intermediae in alveo fluminis latioris, altae et quia vis seu onus oblique in eas agit, firmae omnino esse debent. Pons autem solidus sive e lapidibus, sive e ferro fuso arcuatus, quo chordae arcuum sunt latiores, tanto altior necessario evadere, et pro accessu ad ripas tanto amplius spatium adesse debet, ut praecipitium evitetur; multa itaque in utraque urbe aedificia diruenda forent. Pons contra pensilis



Intima illa persvasione incitatum fodinale et ferri fusorium institutum Ruszkbergense, sibi ad promovendum hunc utilem scopum facultatem et media in illo gradu praesto esse, ut opus a regno minimum fors sacrificium deponcat, obligationi suae satisfacere putat, dum Dnos, opus illud suscipere volentes, provocat et

---

e cylindris arcuatis haec omnia incommoda declinat. Struuntur quippe in ambobus ripis ubicunque proxime ad fluvium, et ubi opus est, intermediae pilae in alveo fluminis in duabus seriebus ad eundem cum ripis horisontem, his dein arcus ex utroque latere pontis superponuntur, qui arcus e fuis cylindris ferreis cuneatis (ut juncti in arcum abeant) pro ratione chordae arcus crassis constant, et ubi frusta cylindrica cohaerent, ea limbis perforatis provisae sunt, ut cochleis constringi et firmari possint; ex his cylindricis arcubus perpendiculariter dependent firmae perticae ferreae, alternatim aliis perticis per cruces decussatas instar retis junctae, quae in inferioribus finibus catena firma, horisontaliter supra aquas per latitudinem fluvii tensa, junguntur, et hae amborum pontis laterum catenae intermedio reti perticarum ferrearum horisontaliter aequae junguntur, cui reti stratum pontis superponitur, qui proinde horisontalis est, non super arcubus, sed ex illis, quamcunque ii alti sint, ad libellam riparum dependens, et in arcus, perque hos in pilas verticaliter agens, itaque non ut arcum distenderet onere, pilasque per hoc dimovere niteretur, sed potius omni sua gravitate perpendiculariter fundamento incumbit. Supra pontem arcuum series inter se pariter perticis ferreis per cruces nexis continentur. \*

interpellat, ad tribuendam sibi fiduciam, quin hanc exclusive sibi soli deponere intendat; imo vero honori sibi duceret, si cum magnis in hoc caepto auctoritatibus aedilibus, Dnis quippe Clark et Rennie communicandi occasio sibi procuraretur, ut ii consilia sua et rationes expendere valeant.

Una vero institutum hocce fodinale declarat, se partem pontis, quarum quaevis secundum projecta sua 62 orgias viennenses in chorda arcui subtensa habeat, in sicco erecturum, ut normali tentamini subjici possit, et si pars haec pontis experimentum non sustineret, hinc enatum damnum sibi soli imputandum venire.

Ruszkbergini, mense Febr. 1838.

*Fratres Hofmann et Maderspach,*  
fodinae proprietarii.

---

*Supplementum ad Pag. 213. de veste solenni  
Ablegatorum Galliae.*

Quaestio de veste solenni Ablegatorum ad Comititia gallica adhuc diebus 6. et 7. Februarii inde a 25. Jan. a. c. in Comitibus agitabatur, et postquam die 6. ad propositam Dni Baude modificationem, ut vestis illa solennis caerulei coloris longior (toga moderna Rock), collari et limbis argento pictis, constitueretur, 155 suffragiis contra 149 probata fuisset, die 7. h. m. inopinate quaestio aliam induit faciem; nova scilicet propositione quorundam,



ut vestis illa pro Ablegatis, qui ad commissiones deputantur, obligatoria sit, repudiata; altera vero: ut vestis haec ad frequentanda comitia, capiendaque in laboribus parte non sit necessaria, probata, ad postulatum 20 Ablegatorum (e praescripto statutorum comitialium) novum scrutinium susceptum et super amobus jam adprobatis articulis utriusque diei deno per calculos in sententias itum fuit, et uterque, ac proinde etiam principium ipsum vestis solennis, repudiatum est.

De quaestione hac Paginae pol. hebdomadae Berolinenses haec habent: „Inde a magna hebdomada Ablegati Galliae prima vice secretam sessionem habebant, et quidem de argumento haud parvi momenti: agebatur quippe de externo Ablegatorum discrimine a reliquo summae majestatis populo, quod illi sibi decernere et attribuere voluerunt. Rogatio idcirco facta magno suffragiorum numero probata, et commissioni ad expendendum concredita est. A Deputatione summe gravis haec quaestio expensa: an populi vices gerentes togis, ac phrygia pictis, vel saltim scutulo, tamquam tessera pectori appensa, insigniti incedere debeant? Contra primum obmovebantur sumtus majores, contra alterum sollicitudo illa: ne deliciae populi, ejusque majestate praecellenter praediti, seu repraesentantes cum tabellariis, horumque magistris, praeconibus platearum etc. confundantur. — Nos, inquit dictae paginae, totam hanc causam condigno silentio

pressissemus, nisi politici etiam fines et respectus sublaterent. Quid de ea revolutionarii sentiant, D. Thiers nobis explicat: „Quum hucusque comitia in hac re nihil decreverint, quotiescunque honor mihi obtigit aulam adeundi, illas idui vestes, quas scivi, gratum ibidem conspectum nacturas — — Et haec mihi minima urbanitatum esse videtur, quibus erga hospitem \*) domus ferri conveniens est. Quam-

\*) Non est opus hic animadvertere, quod liberales hi domini, popularis majestatis temulentia abrepti, Regem revera tamquam hospitem in regno, a se precarie constitutum, considerent, eique velut confratri nullis nisi urbanitatis quibusdam officiis se teneri credant, quae etiam, quum non sint strictae obligationis, dum libuerit, denegare in arbitrio sit. Imo hospitem illum externis quoque signis ad id, quorum e gratia in throno sedeat, commonefaciendum censent. — Hinc jam accuratius intelligi potest, cur tantum temporis comitali — de „Frack“ aut toga, acu picta, vel stellula in pectore — disputationi sacrandum fuerat, una vero id quoque cuilibet intelligenti manifestum redditur: ad quaenam devia plaustrum illud civitatis, secundum novas mechanicae theorias constructum, quod caeterum salutem communem cum majestate populi vehendam haberet, a plurimis aurigis, habenas aequo jure prehendere gestientibus, deducatur. — Rex civis desideratur, solium, ne emineat sublatis, gradibus et substaculis deprimitur, et qui umbram omnem dignitatis et distinctionis in Principe ode-runt, dum communis utilitatis leges ferendae essent, sibi insignia dignitatis et praecellentiae externa adsoiscere contendunt. \*



primum autem curia inter „Frack“ nigrum et vestem acu pictam decreverit, urbanitati huic deinceps locus non dabitur. Postquam quaestio haec suscitata est, et sententia de eadem enuncian- da, pro simplici nigro „Frack“ suffragium do. Non fuit mihi animus quaestioni huic singula- rem indere celebritatem, a quo attamen certae paginae publicae adseverassent, asseclas nigri „Frack“ id in consiliis habere, ut memoria di- erum Julii apud regem constanter renovetur, et hoc ipso nigrum „Frack“ eliminandum sit, a quo, inquam, haec scripta sunt, perspicere incepti, quaestionem omni haud carere momen- to; et quantum me adinet, illius sum opinio- nis, quod vestis 1830 convenientissima sit, quam gerere possimus, quodque certarum rerum memoria tum potissimum re- novanda sit, dum eam oblitterandi adest conatus.“ — Nullum profecto pati- tur dubium, in dies magis magisque observa- ri — indignantibus summopere viris classis me- diae — conatum formis anterioribus, quantum fieri potest, accedendi; et qui non ignorat, quan- tas vires externae ejusmodi formae tandem exerere soleant, conatum illum inutilem esse haud arguet, nihil tamen esset periculosius, quam in ejus efficacia plus justo confidere. Dum Buonaparte formas reipublicae e vicina sibi sphaera amoliebatur, et palatium Tuilleriarum so- lenniter insederat, gratulabundus dixisse fer- tur: omnia jam ad priora vestigia reposita es- se; aliter tamen se res habuit. Contra Ludo-

vicus XVIII. reductis formis aulae veteris, thronum plene confirmatum credebat, eae tamen perniciosos chartae effectus minime impediebant, imo plurimum eo contulerant, ne imminens periculum animadvertatur.

---

*Negotiorum liberalibus placitis simplificatio.*

In paginis „Morning-Chronicle“ e Portugallia haec referuntur: „Comitia diem 26. Jan. defixerunt, quo parvus Princeps haeres coronae portugallicae solenniter declarandus sit. Praesidens hanc formulam praeleget: „„Universalia, extraordinaria, et constituenta Comitia nationis portugallicae agnoscunt Principem Dom Pedro de Alcantara legitimum filium Majestatis Donnae Mariae II-ae Reginae Portugalliae, Algarbiae etc. et serenissimi ejus conjugis Regis Don Ferdinandi II., haeredem coronae horum regnorum.““ — Ablegati comitorum nomine provocabuntur singulatim, respondebuntque: „„agnosco eum,““ Praesidens dein actum agnitionis consummatum declarabit, et sessionem solvet. Actus iste sollemnis e propugnaculis et e navibus, quae in Tago ancoris tenentur, explosionibus tormentorum salutabitur. Deputatio 12 membris constans Reginae in solenni accessu documentum de hoc exaratum tradet.“ — — Quoties adhuc sollemnis haec et speciosa agnitio repe-



tenda sit, donec ad servitutem illam regiam, quam novae constitutiones, saepius adhuc reficiendae, et ab ovo rursus fabricandae, parvo principi parant, quamve parentes ejus hoc tempore experiuntur, is pervenerit: an quovis annivensario natalium die, an saltem quovis lustro, an, dum legitimam, vel perfectam aetatem attigerit, aut coronam curis et gloria levem susceperit, an quovis comitiorum tempore? ignoramus; si tamen Matris, Avi et Proavi fata expendantur, — licet sciamus olim etiam reges quandoque vicissitudine temporum ter quater, imo etiam quinquies solennia homagia recepisse, ipsosque solenniter receptos, aut novis novisque sacramentis obstrictos fuisse, — vix tamen unquam toties eandem hanc causam actam, quoties per comitia portugallica actum iri tuto praesagire licet. — Non utique potest hic quaestio poni, an, repetitis his actibus solennibus, quidquam dignitati rei aut securitati publicae accessurum sit? primipili enim haec potius subruere conantur; id vero merito quaeritur, quid de successione haereditaria, toties lege proclamata, et ad sexum etiam alterum extensa, multiplicatis his actibus censendum veniat?

\*

---

*Ad majorem liberalium idearum Gloriam!*

Novae constitutionis portugallicae, — quatae in serie frequentissimarum illarum constitutionum, quibus infelix hoc regnum novissi-

mis libertatum temporibus afflictum est, dicere nequimus (ajunt aestimatae quaedam paginae publ.) quin documenta historiae recentioris excutiamus — parata iterum et consummata est, ac mox Comitibus proponetur. — De misero omnique spe destituto publici restauratae civitatis statu vix quidquam candidiorem imaginem praebere potest, quam praestita per deputationem regnicolarem, pro expendendis Ministri aerarii de procurando aere consiliis emissam relatio, quae haec tamquam scopo optissima svadet: 1) Ita dicti aeris alieni pendenti (quod nempe exsolvendum foret, ubi itaque de censu nondum conventum aut stipulatum quidquam habetur) in summas capitales (censum stipulantes) conversio. \*) 2) Ut hoc ope pecuniae chartaceae, quae praesto est, effectui mancipetur. 3) Ut 1200 contos apocharum in cursum ponantur, quae e redemptionibus publicis (arenda) herbae nicotianae 1840 relluantur. \*\*) 4) Ut alia 3000 contos in certificatis (in apochis mox solvendis) edantur. — Ast haec miseria publ., quae umbratilem suam vitam futurorum duntaxat dispendio trahere precarie potest, semper adhuc minus ma-

\*) I. e.: solvere solvenda non possumus, sed solvemus olim una cum censu, sinatis tantummodo accrescere.

\*\*) At quota rursus per vices factio anno 1840 dominabitur? cujus et intermediarum millenae dilapidationes millenos novas necessitates progignent, ut de anterioribus obligationibus tum jam ne cogitari quidem possit!!



lum est comparate ad infelicem statum, in quo totum regnum gemit, in quo jus, ordo, leges ad pridem jam exsoletas et proscriptas ideas spectant. — Et haec omnia in majorem liberalium idearum gloriam! —

v. \* e B. W. B.

---

*Ill. Dni Praelati Jassoviensis Aloy. Richter  
beneficentia.*

Praeter eam, quam Candidus Ordo merittissimus Praemonstratensium Can. Reg. in communem Patriae salutem, institutione succrescentis sobolis confert operam, — curis quippe suis complura gymnasia et Academias concredita habet, — plura jam his quoque paginis memoravimus beneficia, quibus inopibus et praeter suam culpam domna passis subvenire et sic casus fortunae alleviare adlaborat. Cumve benefica ejusmodi humanitatis opera et animos miserorum erigere, et aliis exemplo, allis, humanitatis studiosis, solatio esse soleant, ipsi autem S. Ordini publicam aestimationem procurent, ideo quidquid de benefactis ejusmodi fidedigne redactioni innotuerit communicare festinabit. — Sic die 11 hujus Ill. D. Praelatus Jassoviensis Aloys. Richter Parocho Leibiciensi 250 f., inter 25. incolas, per incendium jacturam passos, sine discrimine religionis distribuendos submitit. Grati horum

infelicium animi pro benefactore pias fundunt  
ad Deum preces.

---

*Sepulcrum Regis Hungariae in cathedrali  
Neapoli detectum.*

In Viennensi Diario 39 synopticas inter relationes haec leguntur: „Apud antiquitatum scrutatores detecta tria sepulcra in templo cathedrali Neapoli, quae hucusque pro ornamento duntaxat templi habebantur, magnam excitarunt adtentionem. Unum ex illis capulum et exuvias Caroli Andegavensis (Anjou), duo alia nepotis Caroli Regis Hungariae et Conjugis ejusdem Clementiae, filiae Rudolphi Habsburgici continent. Cadavera horum posteriorum incorrupta adhuc dicuntur esse, verisimiliter itaque balsamo condita seu pollincta fuisse; in capulo Caroli pallium adhuc e bombyce damascena (serico textus undulati) inventum.“ — Dubio alioquin caret, nullum hic e Carolis, regibus Hungariae legitime coronatis, intelligi; verum Carolum Martellum, Caroli Rob. r. Hung. patrem e Carolo II. claudo Neapol. et Maria Stephani V-i filia, una Ladislai IV. sorore natum, quem Neapoli Legatus Pontificius, utique sine effectu, coronaverat et Regem Hungariae proclamaverat. († 1301.) Qui itaque hoc solo precario titulo rex Hungariae nominari potest.

\*

---



*Aes alienum mercatoribus Americae foederatae incumbens.*

Ephemerides Neo-Eboracenses has summas aeris alieni, a mercatoribus Statuum foederatorum resolvendas, tum media illud expungendi indicant: „Die 1. Junii 1837 caetus mercatorum foederatae reipublicae Dominis Wilson et sociis debuit **33,750,000** doll.; Dnis Wiggin et sociis **36,250,000**; Dno G. Wildes et sociis **25,000,000** aliis mercatoriis domibus Londini, Liberpolii, Manchestriae etc. **125,000,000**; mercatoribus in Gallia degentibus **37,500,000** doll. simul **257,500,000** doll. Hinc subtracta jactura, per lapsum fortunarum in Statibus foederatis verisimiliter inflicta **32,500,000** doll. restant solvendi **225** mill. doll. — Solutio partis summae propter ardua temporum adjuncta necessario **9, 12—18** mensibus differri debebit. Differenda haec summa absque exaggeratione ad **112,500,000** doll. aestimari potest. Ideoque par huic summa nunc tegenda est. Dimidium hinc jam parato aere et actiis variorum publicorum operum, magna vero pars gossypio aliisque mercibus resoluta est. Media solvendi ac bilancis, et importationis ex aequandae usque Augustum aut Octob. 1838 haec sunt: Actiae argentariarum domorum, canalium, viarum stratorum etc. ad minimum **75,000,000**; gossypium novissimi et futuri anni **150,000,000**; herba nicotiana, ve-

ctura, et diversa commercii lucra 150,000,000  
doll. summa tota 375,000,000 doll.

---

*Erutum in Russia metallum an. 1836.*

E Coronae et privatorum fodinis 1836  
obtentum est aurum 406 pud. (a 40 libr.) 4  
libr. 21 solotnik, argentam 1200 pud. 35  
lib. 62 solotnik, platina 117 pud 26 libr. 65  
sol., plumbum 40,900 pud.; cuprum 240,204  
pud 24 libr. 65. sol. ferrum fusum ultra 10 mill.  
pud, ferrum tusum seu ductile 533,438 pud.  
38 1/2 libr. Lithantraces 567,765. pud., vi-  
triolum et nitrum 23,404 pud. 5 libr. — Per-  
ceptio e fodinarum cultura 11 1/2 milliones  
rubel effecit.

---

*Populi numerus auctus in Regno utriusque  
Siciliae.*

Relationes Neapoli de 22. Dec. testan-  
tur populi numerum in regno hoc cisPharum  
non obstante morbo cholera, in quibusdam pro-  
vinciis grassante, quae in sola metropoli 5278  
homines absumsit, per decursum anni 1837  
auctum esse 68,822 animabus. Nam 1. Jan.  
1836 sex milliones et 13,171 censebantur et  
1. Jan. 1838 jam 6,081,993, e quibus 2 mill.  
985,803 mares, et 3,096,190 alterius sexus.  
Per annos quinque numerus incolarum in re-  
gno Neapolis proprie dicto 300,908 animabus  
auctus est.

---



*Christiana religio in Imperio Sinensi.*

Annales propagationis fidei christianae (Annales de la propagation de la Foi) memoria dignas de statu christianismi in imperio Sinensi communicant relationes. Si spes ibi expressa felici eventu coronaretur, immensum imperium aliis nationibus reclusum amplius haud maneret, et novum hoc inter populos commercium, novum pro tota Europa fontem ignotarum hucusque divitiarum mox constitueret — Cunctae in Sina missiones in tres magnos Apostolicos Vicariatus, et tres Episcopatus dividuntur. Illi in Chan-Si, Fo-Kim, et Su-Tchuen existunt; hi sedem suam habent Pe-ckingii, Nankingii et in Macao. Vicariatus Apostolicus in Chan-Si quatuor provincias complectitur: Sen-Si, Kan-Si, Kan-Sion, et Hon-Quang. Missio haec ab italicis Propagandae Franciscanis procuratur, quorum Seminarium Neapoli est. Numerus europaeorum Missionariorum in his provinciis, praeter Episcopum, e quinque viris constat; sacerdotum autem indigenorum e 17; in solo districtu Hu-Pe, parte provinciae Hon-Quang, 60.000 christianorum numerantur; ibi gallici Lazariani cultum divinum et ministeria sacra peragunt. Christiani in Chan-Si respectu fidei certo tolerantiae gradu perfruuntur. Apostolicum Vicariatum in Fo-Kien Dominicani hispanici e Manilla administrandum habent;

Vicarius Apostolicus ejusque Coadjutor habent quinque monachos et novem indigenas ad dispositionem. Missio haec est una e florentissimis, et in exercitio religionis liberrima in toto imperio Sinensi; in quibusdam locis cultus divinus publice peragitur, et circa 30.000 christianorum in una provincia censi possunt; duae aliae ad Fo-Kien spectantes provinciae 9.000 Christi asseclas complectuntur; ibi quoque gallici Lazariani funguntur. — Insula „Formosa“ est ultima provinciarum, quae ad Vicariatum Fo-Kien pertinet. — Vicariatus Su-Tchuen comprehendit ingentem hujus nominis provinciam, et praeterea provincias Yu-Fan et Kouei-Tcheou. Vicariatus hic Seminario gallico Missionum exterarum Parisiis concreditus est. Hoc tempore duo ibi adsunt Episcopi, 9 europaei sacerdotes, 30 indigenae et 15.000 christianorum. — Episcopatus Peckingensis e provinciis Pe-Tche-Ly, et Chang-Tong constat. Episcopus Nankingensis, qui Peckingii residet, administrat hanc dioecesim. Numerus christianorum in ambabus his provinciis ad 40.000 ponitur, numerus sacerdotum ignotus est. Lazariani unum e commembris, velut Missionarium, ibi habent, et 5 sinenses concionatores. Episcopatus Nankingensis per Generalem Vicarium regitur, etiam hic Lazariani Missionarii et Sacerdotes domestici in provinciis Ho-Nan et Kiang-Nan praesunt. — Episcopatus Macaoensis comprehendit provincias Quang-Tong, Quang-Si, et



insulam Hai-Nan. Administratur per Capitulum, quum sedes episcopalis jam a longo tempore vacua sit. Cultum divinum in his provinciis, in quibus europaei, excepta metropole, ubi inter 12.000 incolarum 5.000 christiani sunt, semet recondere nequeunt, sacerdotes indigeni soli peragunt. Numerus christianorum in tota provincia 40.000 animas efficit. In Macao diversarum Missionum adsunt plena potestate instructi ablegati, et ibidem est etiam Seminarium Sinense Congregationis S. Lazari, quod Pekingi erectum, per Lamiot tempore persecutionum 1835 in hanc urbem transpositum fuit. Aliud Seminarium, ab eodem Ordine gubernatum, in vico quodam Tartariae (Mongoliae) trans murum magnum sinensem existit. — Religio Christiana per totum imperium Sinense nota est, et faventibus duntaxat adjunctis opus est, ut rapidissime propagetur. Testantibus omnibus relationibus, unus tantum Constantinus requiritur, ut 300 milliones animarum in sinum Ecclesiae Christi adducantur. Imperator hodiernus sub auspiciis regiminis sui christianis parum propensum se exhibuit. Sanguis fundebatur; persecutiones tamen adeo, uti antea, asperae haud fuerunt; desiere tandem, et licet proscriptionis decretum adhuc supersit, ejus tamen in effectum deductio a Praefectis vices gerentibus et potentioribus Mandarinis (Optimatibus) dependet, quorum commoda propria exposcere videntur, ne christianos infestent. Ferunt

ab ipso etiam Imperatore christianos scite tollerari, adfirmantque, eum christianam religionem noscere, et aestimare. Exigua illa efficacia, quam edictum anni 1836 habuit, opinionem hanc confirmare videtur. Edictum illud praecipue contra Anglos directum fuisse fertur, quorum influxum politicum Imperator metuit. Ab illo tempore libri catholici a pluribus adempti, quin alia quaedam tristiora incommoda inde subsecuta fuerint. v.\* e D.W.

---

*Don Carlos in praetorio hiemali.*

Sub hoc titulo paginae Berolinenses „Hau-  
de und Spener“ de 14. Febr. hunc articulum  
memoria dignum communicant: „Hispania sin-  
gulare prorsus regnum est, et ideo ad propri-  
am sibi scalam expendi et dijudicari debet. —  
Multa ibi e vetustis temporibus conservata sunt,  
quae in antiquis duntaxat libris apud nos in-  
veniuntur, et ideo parum fidei habent, quoni-  
am ad illa adjuncta nequidem cogitatione nos-  
met reducere valemus. Adeo quippe celeriac  
praecoci nunc jam vitae adsveti sumus, ut,  
quidquid extemplo et in primo illico limine non  
successerit, id velut naufragium passum habeatur.  
— Patientia, perseverantia, expectatio,  
habenda temporis ratio, mera vocabula at-  
que conceptus, quae jam hodie, ut ita dicamus,  
e vitae conversationis lexicis expuncta sunt.  
Omnia veloci impetu, tumultuarie, et quasi



ex itinere evenire, atque e catastropha in catastropham ruere debent, ut publicam adtentionem promereantur. Enormes forsitan illi eventus, quorum coëvi testes fuimus, singulare hoc phœnomenon produxerunt: id certum, nullibi tantopere, ac in communi de bello gerendo cogitandi ratione, impatientiam hanc semet manifestare, ideoque Dux exercitus cujusdam e magnis nonnisi pugnis, quas inivērit, aestimatur; quo illae celerius se exceperint, tanto amplior eidem honos et gloria tribuitur, nulla habita consecratorum ratione. Verum quidem est, quod jam nobilissimis Romanorum temporibus Fabius Cunctator parum fiduciae nactus sit, licet primus vaferrima Hannibalis consilia irrita reddiderit. — Interim nos, in primis Borussos, Magni Friderici bella meliora docere debuissent, exploratumque habere possemus, consecraria durabilissima successusque perennaturos nequaquam impetibus parari ac obtineri, sed tempore egere. Certe in vita non secus, ac in scribendis libris, tempus quaeque repudiat, quae se inconsulto facta sunt. In bello civili haec in primis obtinent, praecipue in regno, in quo nemo expectare novit, aut potest, nec contentionum suarum fructus tempore maturescere sinit, sed immaturos avidè decerpens iis perfrui festinat, ubi itaque vera messis locum habere nunquam potest. — Nihilominus suscepta Caroli adversus Madritum expeditio effectu carens in cunctorum opinione eidem nocuit, et fidelissimos

etiam amicos ancipites reddidit, ut censendum ferme sit, hoc facto studia in rem ejus refrixisse. Dum quippe agmina Madritum promoverat, communis erat opinio, eum, prout licuerit, vi metropolem in suam potestatem redacturum, et sic bello, uti existimatum est, finem protinus impositurum. — Scriptor harum, postquam vidisset, Madriti seditionem tum subortam non esse, aliam fovit sententiam, adfirmavitque, Principem adsultu metropolem suam nequaquam expugnaturum, neque hoc ad consilia et commoda ejusdem pertinere, eumque novam duntaxat basim ulterioribus belli operationibus idoneam procuraturum, ac tardius novum iter Madritum tentaturum, ut experiat, an tandem, velut liberator a jugo intolerabili, recipiendus sit. Ratio hujus rei ea fuit, quod Don Carlos, si Madritum vi capere voluisset, sanguis torrentis instar fundendus erat, ut hydra anarchiae enecari possit; dum contra aliam quaeque induent faciem, si ea praevis sibi ipsi omnem profuderit sanguinem, et tum demum Carolus placidas bene ordinati regiminis injiciet habenas. — An non eandem Henricus IV. agendi rationem cum Parisiis iniverat? At vero quid doctrina historiae prodest? — Igitur videndum potius, quomodo res nunc cum suis effectibus constitutae sint? Adhuc dum Carolus ad portas Madriti cum expedita suorum manu staret, Comitum quemvis gressum pro interventione adspernabantur; adhuc legio externa auxiliaris in Hispania agebat, adhuc tum



copiae hostis (Caroli) in acie adversus eam stare coactae fuere. — Dum receptus ad hiberna decretus fuerat, necessario quaestio illa enasci debuit, ubinam ea collocanda sint. Ab Ibero austrum versus sunt planities amplae, in his hiemem transigere inconsultum fuisset, necessaria enim quiete copiae caruissent. Quid igitur fuit magis naturale, quam alpestres regiones rursum repetere, ubi aliquot duntaxat pylae et angustiae custodiendae sunt, ut omnia, velut in alma pace, tranquille et summa in quiete agantur? Quis eorum, qui belli gerendi rationem noscunt, negabit motus tum copiarum liberos prorsus fuisse? Exiguus itineribus Caroli agmina recedunt, ubi lubet stationes figunt, et quietem capiunt—in mediis campis apertis, coram hoste, qui equitibus praevaluisse ferebatur, cui commodiora et viciniora receptui loca praesto fuere—et ad Iberum fluvium, qui difficulter trajicitur, absque acceptis incommodis perveniunt, eumque incolumia trajiciunt. Hi ejusmodi sunt eventus, qui negari nequeunt. Christinae quidem duces complures se pugnas invisisse et victorias reportasse jactant. Ubi ergo sunt tropaea? Nihil sane fuit facilius, quam Carolo viam praecludere, ast id nec tentatum quidem, sed eminus eum caute sequi placuit. Victoriae itaque in charta solum reportatae habentur. — Exercitum praeterea Caroli disciplina plene solutum ferebant. Qui vero fieri potest, ut is nunc repente omni ex angulo; ordine optimo prorumpat, et cum E-

spartero antiquus ludus repetatur? Asseclae  
 Caroli quaquaversum in regno strenuo rem a-  
 gunt, eosque liberius in dies molimina sua pro-  
 tendere videmus. Duces Christinae illos qui-  
 dem toties quoties interneccione delent; id in-  
 terim malum maximum est, quod internecinae  
 hae clades bellicis eorum operationibus nul-  
 lum impedimentum ponant, nihilque eis noceant.  
 Espartero angustias montium praesidiis custo-  
 dit; hoc non obstante Don Carlos bellum  
 primus exorsus est, et ille deceptus oberrat,  
 nec hostem reperit, qui ex parte jam planities  
 transgressus, eum cum residuis copiis ad an-  
 tiquam redegit conditionem: ut scilicet sero ubi-  
 que ad loca periculi adcurrat, itineribusque  
 continuis copias suas atterat. Exercitus Ca-  
 roli tribus aut quatuor locis expeditur. — E-  
 spartero nec uno quidem milite acutus est. Ad  
 boream legio anglica disparuit; urbs Bilbao  
 obsidetur, verbo ubique periculum imminet.  
 Jam vel his de causis Don Carlos potentior  
 est, quam fuerit autumno praeterito. Hiberna  
 itaque eidem maxime proficua, adversario au-  
 tem maxime noxia fuere. Singulare profecto  
 esset, si supponendum foret: haec omnia ac-  
 ceptarum cladum et relatorum per Christinae  
 milites victoriarum effectus esse; hac ratione  
 enim verisimillime Carolus per continuas clades  
 Madritum perventurus esset. — Quomodo au-  
 tem Madrii interea res se habent? Res aera-  
 ria in meliori loco posita non est, imo extremi  
 fontes exhausti, et milliones aliquot, posito eo,



quod mutuam contrahere successerit, ad tendendas necessitates haud sufficient, etiam si tantum veterano exercitui stipendia solvenda sint. De tironibus nec cogitare quidem licet, in ipsis enim jam comitiis dictum est, eos ad Carolum deficere. Superbia certe Castiliana eo jam delapsa est, ut publica illa confessio audita sit, a sola interventione salutem sperari posse, seditioque Madriti metuebatur ad nuncium: interventioni locum non dari! — Quae denique est Europae reliquae hoc tempore ratio? Revolutio, ubi adhuc vocem sufferre audet, utut antea Carolum tamquam vagum et patria extorrem contempserit, nunc omni contentione interventionem exposcit, denunciatque, possibile imo verisimile esse, ut is (Carolus) focum suarum moliminum evertat, et inde dein in se, illuc scilicet quo jam ex omni Europa revolutio confugerat, reactionem exerat. Si jam recogitaverimus, quem ad modum negotia tum constituta fuerint, dum Carolus adhuc ante portas Madriti steterat, concedendum profecto, hiberna stativa multum imo plurimum in melius mutasse, et, si haec omnia cladi acceptae tribuenda sunt, neque victoriam plus commodi adferre potuisse. Si praeterea id quoque expenderimus, quod relata forte victoria, devictorum animos denuo excitare posset, contra si hostis inglorius sic in seipso contabescere sinatur, arte quasi ad moralem impotentiam redigitur, quo minus vires recipiat: non videtur abs re esse illud Carolo suggerere consi-

lium ne caeptum tramitem, initamque methodum relinquere velit. — Si scilicet historiam totius belli adtenta mente revolvimus, vocem *Methodus* juste hic adhiberi inveniemus. — *Rustici* aliquot congregantur, quos latronum instar persequi placet; hi interim ducem nanciscuntur, qui justitia causae inflammatus, perspectisque temporum ac rerum rationibus, e suis concivibus exercitum eformat, quem omnibus rebus bene instructum Principi suo relinquit. Deinceps series operationum belli semet excipiunt, quae sensim duas provincias amplectuntur. Tum hibernorum quies intercedit, quae pro exhaustarum virium indicio proclamabatur. At praesidium ex altis, natura paratis vallis ac munitionibus suis repente prorumpit, excursionem valida quatuor magnas provincias triumphans peragrat, nova ubique agmina colligit, eas instruit, intactumque ad munitiones semet rursus recipit, ut capta sufficiente quiete, novam expeditionem suscipiat. — Aliter utique sentiendum foret, si *Espartero* alicubi primus tentasset adgressionem, sed haec semper in potestate *Caroli* fuerat, unde adfirmari nequit, eum motus suos ad hostium consilia exegisse; quaequae enim videmus, ea omnia consilio ac matura deliberatione suscepta sunt. — Si jam quaeratur: an *Carolus* *Madritum* occupaturus sit? responsum eo recidet: hoc ab illo dependebit eventu, si civitas eum, velut liberatorem, advocaverit, secus verisimiliter bellum deinceps *Madrito* austrum versus semet protendens



successive omnem campestrum regionem concitabit, et tum solum ad civitates ordo deveniet, postquam eae semet ab omni pravo fermento expediverint, aut saltem hoc desierit quacumque ratione perniciosos producere effectus. Mirandum proinde haud esset, si ipse Carolus e fidei suis alpibus nec prodiret quidem, dum interim duces ejus fors Gades usque procurrare, ac ubique propugnatores causae suae creare, et adpropingvante bruma, praeter aliquos, per totum regnum dispersos, magnum suum propugnaculum pro hiberna quiete repetere fors videremus. — Haec ideo ita eveniunt, quia hispani persvasum tenent, tempori jus suum tribuendum esse, et quia perseveranter exspectare norunt, neque impatientia nostra aguntur.

v. \*

*Kisfaludy-Társaság első nyilvános ülése.*

Pesten febr. 6kán, mint ű d v. Kisfaludy Károly születése napján, tartá a' Kisfaludy-Társaság első nyilvános ülését számos mind két nemű és szives hazafi részvétű vendég előtt a' magy. nemz. tudom. Akademia terében, mellynek tárgyai ezek voltak: 1) az ülést megnyitá Fáy András ur, mint igazgató, czélszerű, velős tartalmu 's mindenkori szokása szerint ékes zengzetű beszéddel, melly után 2) e' társaság keletkeztének rövid ábrázolatát érzékeny 's világos hangon előadá Schedel Ferencz akad. titoknak; továbbá 3)

a' Társaság első évi dolgairul mint szinte 4) a' Társaság által 1838ra kitüzött jutalmakról szóló jelentést igen értelmesen előtünteté Szalay L. akad. levéltárnok. 5) Béla herczeg dicséretre méltatott balladát, lelkesen 's a' tárgy sebes változtatásához 's gördülékenységehez kellőleg simuló hanglejtéssel elszavalá Székács József akad. tag 's pesti ev. lelkész. 6) a' drámai literaturának a' nemzet erkölcsi életére befolyásáról szóló 's Tarczy Lajos pápai philos. pr. mint pályakoszorúst illető értekezésébül némi czélirányosan összefüggő töredékeket tiszta derült ajakkal fölolvastott Szenvey József akad. tag, ezután 7) Béla herczeg jutalom-koronázta balladát az előbbivel rokon hatással szavalá ismét Székács József ur; mire 8) a' Társaság jutalomkérdését hirdeté ki Szalay László ur 1839re, melly következő: A' Kisfaludy-társaság meg levén győződve, hogy most, miután a' haza' kebelében magyar színház állott fel 's igy a' magyar színészet' állandó megalapulásához nőten nő a' remény; semmi sem lehet egyhamar ohajthatóbb, sőt szükségesb, egy, azt tárgyazó tudományos alapu, de gyakorlati irányu munkánál; 1839re a' következő jutalomtételben állapotott meg:

„Készítsék|egy színészeti kézikönyv, melly dráma-  
 „maturgia, poetika, nyelv, szavalás, mimika, co-  
 „stüm- és színmesterség, köréből minden, a' szí-  
 „nésznek szükséges isméretet, czélszerűen kisse-  
 „melve, állandó tekintettel a' magyar színész' ál-  
 „lapotja és szükségéire, helyes rendben világos  
 „előadással, összefoglaljon.



A' pályázó e' következő munkákra tétetik figyelmessé: 1. Lessings Hamburgische Dramaturgie. 2. W. Schlegel's dramaturgische Vorlesungen. 3. Tiecks dramaturgische Blätter. 4. Fr. Schinks dramaturgische Fragmente. 5. W. Cookes Grundsätze der dramaturgischen Kritik. 6. Wötzel, Theaterschule. 7. Thürnagel, Theorie der Schauspielkunst. 8. Engels Ideen zur Mimik. 9. Lebrun's Handwörterbuch der Seelenmalerey. 10. Dorat: La déclamation theatrale. 11. Seckendorf-Vorlesungen über Declamation. 12. Spalert's Versuch über die Costume der vorzüglichsten Völker. Végre Goethe ide tartozó helyei leginkább e' munkájában: W. Meisters Lehrjahre. A' pályamunkák' szokott mód szerinti beküldésének határnapja nov. 20. 1838. A' jutalom, melly 1839. febr. 6kán adatik-ki:

25 darab arany.

A' kéziratok a' társaságnál maradnak; azok sajtósági joga, 's így a' kiadhatás a' szerzőé. Pesten, a' Kisfaludy-társaságnak februarius' 1sőjén 1838 tartott üléséből.

Legvégül az igazgató ur szíves rövid hálláját intézte a' hallgató Gyülekezethez, áldást 's békét ohajtva kor. fejdelmünknek 's a' hazának, haladást nemzeti literaturánknak 's végre csendes nyugtot a' halhatatlanságra szenderült Kisfaludy K. árnyékának.

---

*Archi-Episcopatus Cubaë.*

Loco Patris Cyrilli Almeida, Generalis Franciscanorum, qui sub Ferdinando VII. magna in publicis negotiis auctoritate pollebat, quive ad quietem se recepit, administratio Archi-Episcopatus in insula Cuba Decano antea advocatorum collegii Granadae, Dno Mich. de Seijas Lozano concedita est.

---

*Caedes et latrocinia 1837. in quibusdam provinciis Portugalliae.*

In publicis consultationibus Portugalliacomitorum D. Franzini de statu provinciarum elenchum tristissimum homicidiorum et latrociniorum protulit. Anno quippe 1837. homicidia 1412., et latrocinia 3219. patrata sunt; et elenchus hic ad aliquot duntaxat provincias extenditur! \*) —

---

\*) Notari meretur omnem Portugalliae populum e 3 1/2 milione animarum consurgere, et ingens tamen numerus supra expositus scelerum tantum partem in toto regno patratorum constituere. En fructus perturbati semel, sub specie libertatis et communis felicitatis, publici ordinis, subrutaeque legum auctoritatis. Concitati affectus non tam facile frena rursus recipiunt. Nec quisquam absque temeritatis aut pravorum consiliorum suspicionem similem patriae suae conditionem exoptare potest. \*

---



*Eruti in Europa ferri quantitas annua.*

Ephemerides „des travaux de l'académie de l'industrie“ quantitatem ferri annue in Europa obtenti sic exponunt: Summa tota productionis ferri in Europa ad 15,432,000 centenariorum aestimatur, quae summa circiter hac ratione subdividi potest: Anglia producit 7,098,000 cent., Gallia 2,200,000, Russia 1 mill. 500,000, Austria 830,000, Svecia 850,000, Borussia 800,000, Regiones Germaniae ad silvam Hercyniam, Hassia et dextra ripa Rheni 600,000, Elba ins., Toscana et litora Italiae 280,000, Pedemontium 200,000, Hispania 180,000, Norvegia 150,000 Dania 135,000, Bavaria 130,000 Saxonia 80,000 Polonia 75,000, Helvetia 30,000, Sabaudia 25,000 cent. — Summae hae, naturaliter calculo duntaxat approximativo intelligi debent; si tamen ita sumantur, sicut hic damus, et centerarius vulgari pretio a 50 franc computetur, prodit Europam per annum in valore 775,025,000 franc ferrum producere, quae summa ter major est, quam omnes reliquae orbis terraquee partes simul eodem tempore eruunt. Hinc ad auctam consumptionem concludere licet, quae ab aliquo tempore in Europa obtinet, quod multiplicatis jam in immensum tam pro manufacturis, quam pro navigatione machinis vaporariis tribuendum est.

---

*Protocolum eccl. evang. communitalis unitae  
Buda-Pestiensis.*

Typis editus index e protocollo eccl. anni 1837. unitae communitalis evangelicae Buda-Pestiensis haec habet: numerus communicantium erat 3708; baptisatorum 185. (128 masculini et 57. alterius sexus); confirmatorum 101; copulatorum 23. paria; sepultorum 185. (matriculae et sigilli eccl. curam hoc anno habet verbi divini minister Jos. Székács, qui cuncta etiam testimonia eccl. edit).

---

*RR. Jos. Kováts Abbas tit.*

Caeo R. A. Majestas altissima resolutione de 3. Febr. a. c. Canonicum Lect. Cath. Ecclesiae Jaurinensis, Josephum Kováts, titularem Abbatem S. Georgii mil. et mart. de Gottál remissis taxis benignissime nominare dignabatur.

---

*RR. Sylvester Guina A. D. Spalatensis.*

C. R. Majestas altissima resolutione de 27. Jan, a. c. Sylv. Guina, Canonicum, et dioecesanarum scholarum sup.Inspectorem, Archidiaconum in Capitulo Cath. Spalatensi denominare dignata est.

---

*Solutio Logogryphi in Nro 15.:*  
Poenitentia.



*Novae Catholicae Paginae historico-politicae \*)*

Politicae Ephemerides Monachienses de 16. Febr. hanc communicant annunciationem: „Quod preluam periodicum magnum, imo immensum in tempora nostra, inque rerum evolutiones exeruerit influxum, quodve influxu hoc atque efficacia sua — subversionibus inserviendo — saepissime ad religionis, juris, ac libertatis excidium abusum fuerit, sunt facta totidem certissima, quibus ingemiscere, ea tamen negare nulla ratione possumus. Plurimis quippe aevo nostro mortalibus omnem doctrinae et instructionis fontem solae periodicae relationes et ephemerides constituunt, et quod millennis vocibus quasi per echo undequaque repetitur, id summa vi agit in animos, etiam inscios, altasque figit radices; sic factum, ut doctrinae preli varia ratione in persuasionem animorum, et verba ejusdem in actiones abiverint; hinc tandem evenit, ut complures ex abstractissimis theoriis in praxim traductae sint, eisque validitas juris procurata, ac demum consequente evolutione talia obtenta sint consecutaria, ad

\*) Cum annuntiatio haec principia ac sensa nostris votis ac paginis plurimum affinia profiteatur, nihil nobis antiquius esse potest, quam ut spei editorum propagatione programmaticis respondere satagemus, novisque paginis tam internum, quam externum florem, fructusque saluberrimos apprecemur!

quae ipsi fors etiam earum auctores exhorruis-  
 sent. — Novae huic potentiae ex adverso Ca-  
 tholici Germaniae (fors totius orbis!) iniquo  
 hucdum loco positi sunt. Profecto haud exi-  
 guum tentationis et calamitatum genus est, si-  
 gnificatum temporum suorum, phoenomeno-  
 rumque explicatum majori ex parte arbitrio  
 adversariorum ecclesiae suae relinquere debe-  
 re. Singularem organo Catholici hucusque desti-  
 tuebantur, quod conscientiae et convictionis su-  
 ae partes in campo historiae et juris digna ra-  
 tione sustineret, quodvetanquam centrum spi-  
 rituale cunctos, eorudem sensorum viros, ad  
 propugnandum ecclesiasticum et politicum or-  
 dinem contra varias impetitiones et inimicitias  
 jungeret; huic necessitati ephemerides subve-  
 nire nequeunt, harum enim est, novissima  
 quaeque diei quo ocyus nota reddere, ut ea  
 dein magis tranquillae et primis temporum a-  
 nimorumque motibus minus obnoxiae meditati-  
 oni, sedatoque jam iudicio tradantur, quod fi-  
 deli praeteritorum memoriae serenam futuro-  
 rum contemplationem jungens aevi praesentis  
 genios probe expendat et justis nominibus in-  
 signiat. — Subscripti his rationibus permoti  
 inde a 1-ma April. a. c. sub titulo: „*Histo-  
 risch-politische Blätter für das catholische  
 Teutschland*“ postulatis temporum, quantum  
 fieri potest, respondens scriptum periodicum e-  
 dent. Multi jam hujates, idem secum senti-  
 entes, amici manus junxere, e quibus hic et nunc  
 nominare licet: Consiliarium Bayer, Profes-



sorem Döllinger, Baronem M. de Freyberg, Professores Görres, Möhler et Moy, quibuscum, uti iusta spes adest, alii remotiores non secus ac vicini operam conjungent, coeptumque fructibus studiorum suorum, formae ac spiritui harum paginarum admensis, ditabunt. Nec quidquam ambigimus, illos, qui consilia nostra probaverint, paginas has, pro viribus etiam propagare adnuros. — Diebus 1. et 15. mensis cujuslibet paginae hae edentur. **S**copus earum praecipuus est in campo juris publici et politico revolutionariam aequae ac despoticam falsae philosophiae politicae doctrinam propositis verae libertatis et juris principiis impugnare, in campo vero historiae in dies magis magisque invalescentem sectarum et factionum arrogantiam partiumque studia coercere, denique Germaniae catholicae pro formando de politicis ac literariis diei eventibus proprio ac independente iudicio materialia, fontes et vias indigitare. **A**rgumentorum ratio in **P**aginis haec erit: 1) Eae praeter chronicon breve currentium eventuum, quandoque horum conspectus et commentationes majores continebunt. 2) Pars altera amplioribus dissertationibus et elucubrationibus politicorum, nationali-oeconomicorum et historicorum argumentorum varii generis dicabitur; neque theologica argumenta excludentur, in quantum scopo totius operis convenientia fuerint, et pro majori numero lectorum gratia valuerint. 3) **Q**uamvis redactoribus animus non sit ex his paginis

institutum quoddam criticum efficere, recensio-  
 nes nihilo minus scriptorum nobiliorum, eti-  
 amsi e campo literaturae pulchrae fuerint, ita  
 et breviores literariae et historicae notitiae in  
 iis locum obtinebunt. Consilia vero editorum  
 ejusdemque sensus amicorum singulariter et  
 proprie eo sunt directa, ut, praecipue obtutu  
 politico et ecclesiastico, veritati absque odio  
 et absque metu operam sacrent, una vero ipso  
 styli genere reverentiam illam contestentur,  
 qua erga argumentum suum se teneri sentiunt.  
 — Ex hoc scripto periodico 2—3 philyrae in  
 8-vo prodeunt, unum formabunt fascicu-  
 lum, 12 fasciculi unum tomum, et duo tomi  
 cursum annum constituent. — In regnis ex-  
 teris praenumeratio, pro ratione portorii au-  
 cta, in Postae praefecturis; vel ope bibliopo-  
 liorum 9 florenis fieri potest pro tribus proxi-  
 mis anni quadrantibus. Inde autem a novo an-  
 no 1839 semestraliter 6 flnis. — Expeditionem  
 ope bibliopoliorum Monachiense literario-  
 artisticum institutum in se recepit. — Dr. G.  
 Philipps Prof. Ord. Juris, et Commembrum  
 Academiae Scientiarum; Dr. G. Görres. v. \*

---

*Acuta dictio comitalis et philanthropcia.*

Dum ablegati Bavariae de poena corporis,  
 seu admittenda apud reos castigatione physi-  
 ca in comitiis novissimis deliberarent, habitae  
 complures facundae dictiones denuo in lucem



posuerunt, quantam vim generales, et hoc ipso saepe vagae omnique significatione destitutae phrases de dignitate humana etc. in animos coëvorum exerant; simul ea etiam contemplatio hac opportunitate semet oggessit, quam sit res ardua leges et justas sanctiones criminales decretis numerosi conventus concredere, cujus membrorum major pars tali problemati solvendo plerumque impar est. Inter prolatas de hoc argumento orationes unius ablegati, qui acumen ingenii nationalis repraesentare videtur, bulliente ingenii petulantia (aevo nostro acceptissima) attentionem peculiariter in se convertit. Juvat inde aliqua adducere: „Vos dilecti ac fideles, vos regni Status fortiter figite pedem; parti enim corporis vestri lex expropriationis intentatur. Audivistis, verberatum Ablegatum curiam ingredi posse; modificatio secretarii Dr. Willich in anterioribus deliberationibus id pro scopo habuit, ut pulsatus ab ingressu ad curiam arceatur; at illa propositio suffragia haud tulit, et si adhuc hodie principium hoc probabitur, curia pulsa est. \*) Scire profecto cuperem an in constitutionali civitate, ubi millena culturae media praesto sunt, baculus necessario in usum ponendus sit. Frustra mihi quispiam adduxerit, Statibus Saxoniae verbera nuper placuisse. Constitutionalem Bavariam illa afficere nequeunt. Existi-

---

\*) Difficile est lusum in verbis, germanicae linguae proprium, in latinum, vi retenta, transferre: *ein geschlagener Ablegat, et: die Kammer ist geschlagen.*

in eximia culturae Clerum nostrum tanto orationum suarum salutari unguento pollere, ut ex ambone sacro in rudes animos efficaciter agere possit. Ad quid etenim infinitas quot annis summas decernimus emendandarum scholarum gratia? cur claustra erigere adigimur? etiamne baculus ad cuncta haec remedia spectat? Arbitramini forsitan mentes baculis compesci posse? Nolite injurii esse adversus magnum hunc et omnipotentem genium. Napoleon olim militari despotismo in mortales dominabatur, et tamen tam delicato in dignitatem humanam ferebatur sensu animoque, ut usum baculi e Gallia illico proscripserit (!) \*) Sequimini denique me, Domini mei! in silvas germanicas, exemplumque adducere sinite. Olim, dum avi nostri in silvis vixerant, absque basilicis, et institutis scholasticis, absque thesauris perpolitae humanitatis, absque amplis artis paradigmatum collectionibus, et pictarum tabularum museis, — quae characterem nationalem nobilorem reddere et inflammare deberent, — feris tum, at liberis mentibus germanis ictus baculi summe horrenda fuerat cogitatio, et Hermannus, magnus ille noster atavus heros, dum romanorum jugum confregerat, nequaquam longa eguit oratione, sed fasces, virgas lictorum romanorum monstravit, et pulcherri-

---

\*) Delicatum hunc erga dignitatem humanam sensum orator accuratius testari posset, si honorem nactus fuisset — ut alii complures — imperatorias sentire manus aut baculos.



mae, quas Augustus in Germaniam expediverat, legiones romanae in saltibus Teutoburgicis caesae ac prostratae jacuerunt. Si magnus ille abavus in medio nostri exurgeret, audiretque, quemadmodum nos, serinepotes, baculorum ictus pro Germanis decernimus, heroico certe gladio suo confrecto, adque pedes nostros projecto, quid nobis dicturus esset, quivis nostrum secum reputare potest!“ — Concedendum profecto comitiam eloquentiam ingentes jam fecisse progressus. — Caeterum profusio haec gravissimorum ac sublimium argumentorum, flosculorumque rhetoricorum non eo scopo facta est, ut ictus baculorum, tamquam commune, puniendi medium avertatur, in hoc enim casu omnis vel ineptissima dictio improbens grato animo suscipienda foret; verum enim vero agebatur duntaxat de rixatoribus inveteratis, i. e. de talibus grassatoribus, qui ob frequentiores verberationes aliorum bis jam poenam tulere, quin emendatio subsecuta sit: an talibus corpora castigatio infligenda veniat? Interim et in his quoque dignitas humana, quam iidem in aliis concivibus minime respiciunt, in justam considerationem sumta est, et Comitiam suffragiis 65. contra 25. rogationem rejecit.

v. \* e B. IV. B.

---

*Nec in Hispania est adhuc plene extincta  
fides ac religio avorum.*

Paginae publicae hispanicae amare nuper conquerebantur contra inquisitoriam celeberrimae Universitatis Salmanticensis (Salamanca) intolerantiam, quod nempe ea severa admodum adversus idearum, animorumque corruptionem providentiae media arripiat, neque novis placitis valvas omnes aperiat. Causam querimoniis ille eventus suppeditavit, quod decem cistae, libris, inter quos etiam gallici fuerant, repletae, Madrito — e foco solutarum libidinum — in sedem illam Universitatis novissime submissae receptae non fuerint, antequam sponsio interposita fuisset, inter illos libros nullos dari adversus religionem, probosque mores debachantes. — Jam vero contra similia animae venena, bellariis condita, non secus ac toxica physica, et acuta arma, petulantium aequae sceleratorum manibus circumlata, Superiores vigilantiam omnem adhibere omnino obligantur. Eventus interim iste documento grato esse potest, fidem patrum adhuc non ubique per Hispaniam exstirpatam esse; ex adverso, si conditio 30 000 monachorum, et 22.000 monialium, fidei illius columnarum, consideretur, ea tristis omnino est: e sacris quippe asylis suis exacti, omnibus vitae mediis spoliati, cum nec promissae a regimine pensiones exsolvantur, dira fame colluctari



coguntur, pereundumque eis est prae miseris, ni consanguinei aut alii misericordia ducti subveniant. — Testantur hoc etiam literae quaedam Madrito de 6. Febr., quae praeter alia haec habent: „Multo adhuc tristiores sunt libelli, magno numero Comitibus porrecti, Monialium, quibus non modo domicilia et bona, sed etiam dotes singulares ademptae sunt, quin promissae eis pensiones praestarentur. Infelicibus his in genuina vocis significatione fame intereundum est; miserrima earum sors, despotismo Mendizabalis adducta, heri per Comitum Las Navas in Curia Ablegatorum exposita, magnos animorum motus civit. Complures Ablegati declararunt, legem rogandam esse, ut calamitati miserarum succurratur; regimen enim, dum dotes singulares monialium ademit, privatas proprietates attrectavit.

\*

*Secretum Consistorium Romae die 12. Febr.*

In secreto Consistorio, quod die 12. Februarii in palatio Vaticano habitum est, Sanctissimus Papa Gregorius XVI. horum Cardinalium denominationes notas reddidit: Ex ordine Presbyterorum Dni Ang. Mai, Congregationis de Propaganda a secretis, qui natus est Schilparii in dioecesi Bergamensi die 7-a Mart. 1782. (Cardinalis creatus et in petto retentus in secreto consistorio 19. Maji a. p.); Dni Cl. Falconieri Mellini, A. Episcopi Ra-

vennensis, nati Romae 17. Sept. 1794; Dni Jos. Mezzofanti, primi Custodis bibliothecae vaticanae, nati Bolognae 19. Sept. 1774. — Ex ordine Diaconorum: Dni Lud. Ciachi; Gubernatoris Romae, et Gen. politiae Directoris, nati Pisauri (Pesaro) 16. Aug. 1788; Dni Jos. Ugolini, Decani Clericorum „di Camera“ cancellariae bell. praesidis, nati Maceratae. 6. Jan. 1783. — Quatuor alios Cardinales Sua Sanctitas in petto retinuit. — In eodem Consistorio praeterea plures Archi et Episcopi praeconisati sunt, inter quos RR. D. Aloys. Ant. L. B. Schrenk, Presbyter dioecesis Budiegovicensis (Budweis), Can. Olomucensis, SS. Theol. Doctor, et suffraganeus metropolitae, velut Eppus Ptolemaidis in partibus infidelium, et RR. D. Dan. Latussek, Presb. e dioecesi Vratislaviensi, Can. ejatis Capituli Cath. nunc Gen. Vicarius, SS. Theolog. Doctor et suffraganeus hujus dioecesis, tamquam Episcopus Dianensis in partibus infidelium.

v. \*

---

*A. Eppus Varsoviensis pro causis matrimonialibus advocatos designat.*

A. Episcopus Varsoviensis ad fora ecclesiastica suae dioecesis melius coordinanda Patronos causarum certo numero selegit, qui causas ad solvenda matrimonia respectu mensae et tori agere, et soli a partibus velut plena po-



testate instructi coram foris utriusque instantiae eligi et constitui possunt.

---

*Annunciationis publicae saepe rationem morum populi adumbrant.*

Jure merito jam saepius observatum est, quod mores populi imo culturae etiam ratio ex annunciationibus nundinalibus, ac negotiorum, per ephemerides vulgatis, accuratius quandoque cognoscantur, quam e libris pro hoc scopo peculiariter conscriptis. Subnexa hic annuntiatio hoc idem docet. — Parisiis collector quidam raritatum et artefactorum singularium collectionem suam publica auctione venui expositurus, elenchum, res suas raras explicantem, typis excudi curavit, in quo praeter caetera sub Nro 231 haec verba leguntur: „Vierge en calcaire, restaurée, avec console à tête de Chérubin en chêne doré; ces objets proviennent du sac de l'archevêché de Paris en 1831.“ (res hae proveniunt e direptione Archi-Episcopatus Parisiensis anno 1831.) — Dictu omnino difficile est, an candida possessoris impudentia, aut illa adjunctorum ac morum ratio magis stupenda sit, quod in metropoli civilisationis res venui exposita palam publice, — quin undecumque redarguatur — velut acta rapina et furtum publicum impune indicetur; imo quod professio ejusmodi commendationem sapiat.

---

v. \* e B. W.

*Contraria juxta se posita.*

Londini die 9. Febr. in sessione Comitōrum antequam de lege pauperum consultatio inchoasset, D. Plumtre libellum, a 3000 Protestantibus Cantii incolis subscriptum, porrexit, in quo exclusio catholicorum e comitiis postulatur; quoniam admissio eorum Christianismo et principiis constitutionis anglicae adversetur (Audite! et risus). D. Wakley libellum repudiandum urget, quia causam jam decisam concernat, et quia juribus 7 millionum subditorum Majestatis derogat. (Audite!) — Libellus ad mensam Curiae positus, sicut alter, per Dnum O'Connell porrectus, et a 4000 incolis Dublini subscriptus, contra legi adversas operarum conspirationes. (Dr. Murray, catholicus A. Episcopus Hyberniae ad operas suae religionis literas dedit, in quibus serio eos a coalitionum moliminibus dehortatur. Ipsae adeo paginae factioni Tory addictae non poterant non summis laudibus celebrare hanc catholici Praelati probam et fidelem agendi rationem!) —

v. \* e B.

*Missionarius Judaicus.*

Judaicus missionarius, Jos. Wolff e novissimo itinere suo per Abyssiniam, Arabiam Indiam orient., et Americam bor: diē 28. Jan. ad Coves in insula Wight adpult. Dum Was-



hingtone moraretur, coram ambabus comiti-  
 orum Curiis concionatus est de gravitate missio-  
 num. In literis, quibus se in patriam rever-  
 surum significat, se adeo viribus fractum scri-  
 bit, ut morti se proximum credat.

---

*Liberæ civitatis Cracoviae succincta adum-  
 bratio statistica.*

Comitiis seu conventui repræsentativo li-  
 beræ civitatis Cracoviae de ejusdem statu ac  
 territorio relatio proposita est. Relatio hæc  
 quatuor novissimos annos comprehendit, agit-  
 que de institutis religionis, de scholis, de po-  
 puli censu, de administratione justitiæ et po-  
 liticiæ, de agricultura et oeconomia rurali, de  
 pauperum et infirmorum institutis, de operibus  
 publicis, de militia provinciali et possessioni-  
 bus nationalibus. — In templo cathedrali intra  
 hoc tempus e conflato per privata dona aere  
 ambo sacella interne ita exornata sunt, ut nunc  
 inter prima urbis ornamenta referantur, Tem-  
 plum S. Catharinae, unum e vetustissimis ar-  
 tis aedilis aerae christianæ monumentis refe-  
 ctum, et nunc restauratio basilicæ S. Petri  
 suscepta in opere est. In adjacentibus etiam  
 vicis plura templa resuscitata. In ecclesiis ur-  
 bis, et territorii cracoviensis 108 sacerdotes  
 munere s. defunguntur, monasteria 17 conti-  
 nent 209 monachos, alia vero 10 monialium  
 219 sacras virgines. In seminario Cleri ju-

nioris unus Rector et 5 Professores funguntur, et numerus alumnorum est 39. Anno 1833 statuta universitatis et gymnasii per deputationem, instaurandis civitatis rebus a tribus Potentiis protectricibus conflata, in praecipuis partibus immutata sunt, novaque institutionis ratio descripta, et alterum e gymnasiis in scholam opificum transformatum. Anno 1832/3 universitas hujas 265 studentes censuit, annis vero 1833/4 usque 1836/7 medio calculo 271. Hac 4 annorum epocha in facultate theologica 2, in juridica 4, in medica 15, in philosophica 3 doctoratus diplomata collata; 7 medicinae magistri creati. Gymnasium ad S. Annam per hoc tempus medio numero 392 studentes annue censuit; schola opificum primo erectionis anno 268, secundo 352, et tertio 370 juvenes numeravit. His institutis literariis accensendae sunt scholae puellarum apud moniales, et convictus instituta pro iisdem, tum scholae israelitarum et elementares. Cracoviae per hanc epocham 5 typographiae aderant, quarum una occlusa est; ita etiam e 4, quae praesto fuere bibliopolia, unum clausum; prela lithographica 3, et libros pro lectione commodantia instituta 4, in usu fuere. Opera docta stricte scientifica prodire 83, historica 2, religiosi argumenti 10, literaria et poëtica 27. Scripta periodica 16 edita, horum tamen numerus defectu praenumerantium sensim ad 7. decrevit, scilicet: Ephemerides Cracovienses, Collectanea literaria, Memorabi-



lia in campo scientiarum, Fasti societatis literariae, Memorabilia pharmaceutica, Annales instituti clinici, et Ephemerides culturae hor-  
torum. Quod adinet tribunalia vi emendatae legis fundamentalis de anno 1833 forum tertium appellatorium potestate superrevisoria in-  
troducendum est: et pro decidendis causis politi-  
tiae, quae antea in Woytis agebantur, fora subalterna instituta. Poena capitis per hoc  
tempus inflicta non est. Directio politicae ere-  
ctione domus laboratoriae occupatur. Agri-  
cultura et commercium non optimo in vigore  
fuere: illa enim sterilitate et lue pecorum plu-  
rimum passa, hoc per id, quod commercium  
vini ex imperio Austriaco in regnum Poloniae  
non amplius per Cracoviam instituitur, nota-  
bile detrimentum expertum est, spes tamen  
adest ab Aulis protectricibus alleviamina com-  
meatus obtentum iri, quibus commercium et  
agricultura laetius efflorescant. Populus Cra-  
coviae 1833/4 constabat e 36,352, agrivero ur-  
bis e 90,081, simul itaque e 126,433 animabus.  
Anno 1836/7 in urbe ipsa 25,574 christiani, et  
11,453 judaei, simul 131,462 incolae nume-  
rabantur, populus itaque intra 3. annos 5029  
animabus accrevit. Olim frequentior fuit; di-  
minutio grassantibus morbis epidemicis adscri-  
bitur, qui inde a prima cholerae 1831 eru-  
ptione continui se excipiebant. Violenta nece  
peremti sunt novissimis 4 annis 65; ex his 46  
casu infelici, 20 autochiria intertere; junior  
omnium suicidarum 19, senior autem 75. an-

norum fuit. Instituta pauperum et infirmorum haec prostant: Sodalitatis beneficae, in quo annue 139 vini, 300 feminae, 39 pueri et 32 puellae fuere; hospitale fratrum Misericordiae, nosocomium S. Lazari; hospitium pro syphiliticis et animo aegris; et hospitium israelitarum in Kazimierz. — Nova fabricarum aedificia per hos 4. annos erecta sunt 44, et alia 75 e fundamento resecta. Militia civica, quae 1835 dimissa est, prout etiam custodiae seu satellites securitatis in novas leguntur cohortes. Silvae intra dictos annos puros redditus 27,285 f. 17 xr. c. m. praestiterunt. Lithantracum venditi 91,244. modii, in ipsa autem urbe consumpti 107,140. m. E Zinco eruti 36,902 cent. ex alumine obtenti 4987 cent. et e mineris plumbi 358 cent. v. \* e IV.

---

*Nuridschan Armeno-Cath. A. Eppus Copoli †.*

Die 4. h. Archi-Episcopus Armeno-Catholicus D. Nuridschan, qui negotia ecclesiastica suae nationis Constantinopoli procuranda habuit, obiit, et die altera in novissime aedificato suae communitatis templo Galatae solenniter sepultus est.

---

*III. Maximus Manujlovics †.*

Episcopus gr. rit. n. u. Temesvariensis, Maximus Manujlovics, die 19. Februarii Temesvarini obiit.



*Liberalis civitatum doctrina misso hodie re-  
cto juris tramite principia politica  
vaga statuit.*

Olim, prout in privata singulorum ita in publica civitatum correlatione amici dicebantur, qui mutua commoda promovere studuerunt, neutrarum partium, qui inter duos litigantes ab omni utrinque auxilio aut noxa abstinuerunt, inimici, qui detrimentum inferre quoquo modo conati sunt. Siquis populus olim naves alterius succendisset, aut cepisset, arces expugnasset, socios concitasset, seditiosos defendisset, aut armis, adparatu bellico, consiliis, etc. juvisset \*), hostis eo ipso declaratus fuisset; imo historia exempla quaedam tradit, ubi hostium naves ex insidiis succendere unius viri iudicio \*\*) — unde illi magna Justissimi gloria parta est — concives, homines liberi, tamquam facinus utile quidem, ast turpe, adspernabantur; tum ubi regi inimico intentandam caedem auctor fateri praevis ausus non est, ne abominatio- nis a suis repulsam patiatur \*\*\*); ubi prodi-

---

\*) Talia hodie etiam inter amicas civitates foedere junctas impune evenire posse in Alvearis fasciculo hoc pag. 56. sub \*\*) vidimus.

\*\*) Aristides de Themistoclis consilio.

\*\*\*) Mucius Scaevola.

tores \*), percussores et venefici \*\*) inimicorum antequam scelus patratum fuisset, in poenam iisdem traditi sunt. Egregiis his actionibus admirationem neque nos denegare possumus. At vero hodie jam in regnis aut rebus publicis liberalibus hostem et seditiosos subditos amicae civitatis clam, aut saepe, si fieri possit, neque vindicta et ultio metuatur, etiam aperte juvare, turpe et ignominiosum haud putatur; imo diversa statuuntur principia, quibus consilia idmodi variis sub titulis publice e rostris coram Patribus patriae defenduntur, seditiosi subditi amicorum regnorum in protectionem sumuntur, ut, si occasio adsit, in amica regna, tamquam hostes periculosissimi infundantur. Hodie spreto jure gentium, sola utilitas propria et vires in rationem sumuntur, datis subinde speciosis humanitatis et propagandorum liberalium principiorum titulis. — Quanti clamores liberalium, dum imperiorum fines a Monarchis proferuntur! dum interim respublica Gallica Italiam etc., imo etiam Aegyptum invadit; Status foederati Americae socios Status modis omnibus quaerunt, recipiunt et sic fines in immensum protendant; Angli Indos,

\*) M. Furius Camillus proditori, magistro nobilium puerorum Faliscorum, hos ad castra et praetorium romanum traducendo, respondit: „Nobis cum Faliscis, quae pacto fit humano, societas non est: quam ingeneravit natura, utrisque est, eritque: *sunt et belli, sicut pacis jura, justeque ea non minus, quam fortiter didicimus gerere etc.*“

\*\*) Fabricius, Pyrrhus et Medicus.



Birmanos, Cafros etc. subjugant, Galli civiles in Africa sedes figunt. — Principia recti mutuae esse debent, nec subterfugia admittunt. Juvat recentiores in hanc rem eventus expendere. — Militia Canadensis, quae pro parte regiminis Anglici ante insulam Navy-Island (in fluv. S. Laurentii), ad quam residua seditiosorum Canadae, vicinis Statuum foederatorum incolis aucti, et e sympathia adjuti, confugerant, excubabat, navim vaporariam americanam (foed. Stat.), quae rebellibus ad illam insulam milites, annonam et belli adparatum subvexerat, in ripa americana alligatam, intempesta nocte occupavit, succendit et in rapacem celebris cataractae Niagarae gurgitem egit. — Occupatio haec et destructio navis fors plene excusari posset, propter suscepta hostilia molimina, ast illa circumstantia, quod in ripa Statuum foederatorum occupata sit, territorii eorundem violationem praeseferre videtur, itaque in borealibus Statibus magnam progenuit animorum exacerbationem. Aliis temporibus aliisque sub adjunctis inde seriae omnino controversiae enatae fuissent. Sed regimen britannicum, cui nunc bellum molestissimum esset, absque dubio plenam illati damni resarcitionem oblaturum est, et Americani boreales, qui luctam cum tali potentia magis adhuc fors reformidant, difficiles semet praebituri haud sunt. Interim prolata de hoc eventu in comitiis verba memoriam merentur, quae, nulla habita illatae injuriae ratione, plerumque bel-

lum cum Anglia pro maxima calamitate declararunt; unus tamen oratorum veritati jus suum tribuit, dum hac opportunitate „dedecore et ignaviae lae“ notatam in eventibus Texanis Statuum foed. agendi rationem, contemptis quippe neutralitatis obligationibus, graviter redarguit. In gloria haec agendi ratio ea inexpectata declaratione in plenam lucem posita est, quod foed. Statuum regimen — utut cum Mexicano amicitia ac foedere adhuc junctum — jam mense Octobri a. p. negotiorum procuratorem ad Texanos miserit, et sic jam tum seditionem ejatam ratam acceptamque habuerit. — Idem hocce regimen, quod in hoc casu nullam habuit juris rationem, et ubique in genere cum debilioribus superbe et arroganter agere consuevit, imo contra ipsam Galliam nuper admodum minacem sustulit vocem, nunc repente miram induit mansuetudinem. Verisimile est, hoc non solum praepotentiae M. Britanniae tribuendum esse, neque soli calculo ac rationi in ita de numero tonnarum, quem commercium mutuum annue exhibet, adscribendum, sed potius aliae graviores sublatent rationes. — Libera quippe America borealis, exemplar Rerum publicarum cum populi majestate, ingentem numerum incolarum habet, ex illa laudata majestate et omnibus civilibus juribus exclusum, qui anhele opportunitatem praestolantur, quam externum bellum adducere posset, ut in apertam, violentissimam et vindicta ferocissimam, quae unquam dabatur, seditionem erumpant. Nam id



quidem exploratum est, quod in feuduli Europa aevi medii, cujus barbaries tantopere insimulatur, nulla hominum classis exstitit, quae foedam ac horrendam adeo sortem experta fuisset, qualem nigri et colorati homines nunc in regno laudatorum humani generis iurium pati coguntur. \*

---

*Apud liberales etiam militum disciplina liberalis.*

Quidam, paginarum „Fränkischer Merkur,, commercio literarum familiaris, natione Germanus, Ulyssipone de 21. Jan. haec scribit: Ad aestum diei evitandum cum populari uno e nostratibus et duobus Anglis, ad latus legati munere fungentibus, pone flumen, ubi ripa frequentissima esse solet, deambulavi. In conspectu adhuc arcis regiae, vix ad jactum pistoletae ab excubiis praecipuis remoti, a quinque militibus plene armatis, ita, ut eosdem pro circitoribus, excubias agentibus, habuerimus, amicissime sistere jussi, et pari humanitate pro tradendis nostris marsupiis et horologiis rogati fuimus. Haec tamen, sicut etiam priora, retinere licuit; quivis enim militum singulis pro se et sociis aureis contentus fuerat.— Quolibet profecto alio tempore factum hoc totum praesidium urbis ad arma vocasset, et severissimas investigationes post se traxisset; quamvis enim levia semper hic militis officia, levisque disciplina sit, similes tamen ausus im-

pune alias tolerati haud fuissent. At vero nunc quomodo possent accusari actiones, ad quas fames adigit? — Nos paulo post reversi sub eadem porticu, sub qua brevi ante lectica Maj. Reginae portata est, ab uno nostratium, non unde quaque immodestorum heroum summa cum urbanitate salutati fuimus, quod una certum documentum praebuit, infelices hos revera in excubiarum servitiis constitutos fuisse. — Fidelissimam profecto eventus hic principiorum liberalium imaginem nobis sistit: Lex et disciplina omnis soluta; miles pro omnibus aliis rebus praeter privatam et publicam securitatem; rapinae, si fieri possint, omni cum urbanitatis et humanitatis specie; fames denique et miseria communis! — Adhuc unum exemplum liberalis disciplinae militaris: Paginarum Univ. familiaris itidem Ulyssipone de 22. Jan. a. c. haec scribit: „In sessionibus comitialibus die 20. h. variae repraesentationes domorum camporiarum Ulyssiponensis et Oportensis, non secus etiam associationis commercialis propositae sunt, quae tamen plenam medelam haud pollicentur, sed pro tempore tantum aliquam consolationem praebent, spemque faciunt primum periculum avertendi; quum mensa argentaria constanter adhuc obsideatur ab iis, qui apochas suas et syngraphas in argentum paratum commutare volunt. Populus quippe angustias argentariae mensae perspectas habet, a quo Minister aerarii, D. Campos, ante 2 annos publice imprudenter satis edixerat, per argentariam pro



5.000 contos apochas ultra paratas suas in argento opes editas esse. — Ante aliquot dies Ministri concilium celebrarunt, quo alios etiam nobiliores vocarunt, ut consilio eorum in his arduis rerum adjunctis, quibus consuli nequit, utantur, quoniam inopia aeris extrema jam minatur. Maximum incutit metum cohors armamentarii, quae ex operis et opificibus fabricae armorum conflata est, quaeve 2000 viros completitur. Sensa horum ferocia nota alioquin sunt. Quid tandem eveniret, si etiam his stipendia tam ordinate non solverentur, uti hucusque prae metu factum est? Sermo fuisse videtur de eo, ut cohors haec arma ponere jubeatur, dimittaturque. Itaque dum supra dicti domini consilia conferrent, Minister a praefecto cohortis illius, famoso Colonello Franca, schedulam accipit, ubi ipsi significatur, haud esse ignotum, id nunc in concilio agitari, ut cohors armamentarii dimittatur; se itaque (Colonellum) nunciare, quod, si concilium non extemplo concludatur, solvaturque, se cum sua cohorte compariturum, omnesque inde abacturum. Obsequium praestitum est! — Minister internorum negotiorum munus illico abdicavit, abdicatio tamen adhuc acceptata non est. — Ex hoc eventu intelligi potest, quemadmodum hic se res habeant. Qui aliquid possidet, in summa vivere cogitur anxietate.“ —

*Restituti Sacri Ordines in Gallia.*

suppl. ad pag. 239 Alvearis a. h.

Paginae „*Courier Français*“ de 18. Feb. continent articulum „super restitutione ordinum conventualium“, in quo animadvertitur, per Ministrum publicae institutionis Benedictinorum in Solesmes Superiorem, non quidem ut Abbatem, sed ut Priorem tantum, solenniter jam agnitum esse: dum nempe is sub hoc titulo unius classis novi historici instituti commembrum denominatur. — Praeterea idem articulus paginarum *Courier* has notitias suppeditat: „Collegium societatis Jesu in St. Achenl (in Picardia) sub protectione Episcopi Ambianensis (Amiens) est rursus apertum; Sacerdotes, qui instituto praesunt, fratres se compellant. Jesuitae praeterea habent etiam inde fundatas domos proxime Parisios, Boloniae (Boulogne), Mendae, et Tolosatiae. Ordo Trappistarum, qui in Alsatia, in Normandia et alibi multa claustra excitavit, et cujus principale claustrum proxime ad Solesme in dioecesi Sagiensi (Séez) et Comitatu Somonaensi (Somme) situm est, per decretum regium de 16. Dec. 1837, quod de silvae ad claustrum spectantis limitibus agebat, agnitus est. In pluribus aliis etiam locis monasteria Trappistarum erecta sunt. Lazariani ope publica Regiminis perfruuntur. Ordo eorum, exterarum missiones pro scopo praefixas habere videtur. v. \* e W.

---



*In vitis licet liberalibus religionis necessitas  
semet prodit.*

Inter libellos, de quibus Comitia gallica die 17. Febr. agebant, unus id rogavit, ut regimen cum quadam religiosa Congregatione de suppeditandis sacerdotibus conveniat, qui castra sequantur. Generalis Leydet hoc optandum censuit, ut Africae incolis demonstretur, Gallos non esse penitus atheos, sed cultum quemdam externe visibilem praeseferant; caeterum castrenses sacerdotes apud legiones habere non vult. Minister justitiae et cultus, D. Barthe animadvertit regimen votis Dni Leydet alioquin satisfacere conari. Arabes id intellectu comprehendere nequeunt, quem ad modum natio, quae cultu Dei destituitur, cultura ac civilisatione gloriari et aliis praeire possit. Ut huic rei occurratur, non solum necessitas incolarum europaeorum, sed etiam ratio politica deposcit. \*) Praesidens, D. Dupin, contra istud assertum obvertit: si in Africa cultus di-

\*) Dum sensa salutaria sensim expergefieri videmus, quae reditum ad saniora manifestant, vanis, et speciosis utrinque adlatis rationibus offendi non debemus; illis enim, qui a via strata deflexerunt, inque uliginosa loca delapsi sunt, firmum subijcere vectem aut pontem haud semper licet: sufficit quandoque, si, cognito errore, flexilem arripuerint arundinem, emergent tamen, dummodo pharus, quo contendendum est, lumen ad eos usque projicere incipiat. \*

vinus introducendus sit, hoc nec in gratiam solum exercitus, neque Arabum ergo fieri. Religioso enim sensui repugnat dicere: religiosos actus unice in gratiam Arabum suscipi. Comes Jaubert adfirmavit, Praesidentem interpellatione hac jus suum transgressum esse, quod ille negaverat. Libellus tandem Ministro belli, traditus est! Notandum: duos tantum ablegatos extrema partis sinistrae pro libello suffragia dedisse. — Generalis Gubernator Algeriae pro catholica ecclesia Algeriae e quinque catholicis incolis ejusdem civitatis senatum constituit.

v. \* e W. et B.

---

*Fő T. Teschmayer József cz. kanonok' jótévé élete 's végrendelete.*

Folyó évi januar. 20dikán egyházi foglalatosságából következett 5 napi sorvadása után ingutaütésben hunyt el Nagy-Czenken (Sopron megyében) *Teschmayer József*, a' győri székes-egyház' tiszteletbeli kanonoka, a' széplaki kerület' al-esperese 's 1809 év óta N.-Czenk mezőváros' plebánosa, kinek, bár 58dik évét számlálta már, korai volt mégis eltunte, mind hivei előtt, kik őt mindig atyjoknak és kegyeket ároasztó jóakarójoknak tapasztalták, mind papi társainak, kiket az al-esperesi kerületben felállított könyvtár 's olvasó társaság által csupán az erény' 's tudomány' pályáján, fenyítő hatalom és szolgálai félelem



nélkül, a' lélekbeni hódolat által több év óta kormányzott. Hideg tetemei a' boldogultnak a' n.-czeni sirkertben teljes halotti szertartással kesergő egyházi társai' 's a' nép' kíséretében takarítottak el, tévén a' fő gyász-foglalatosságot a' soproni társas-káptalan' prépostja, f. t. *Benedict* Mihály, és a' dicsőséges áldozatot bemutatván az élők' 's holtak urának f. t. *Barabás* László, ugyanazon káptalan' tagja. Minthogy mégis korunkban olly igen sok nyelven forog a' „nevelés“ szó, vessünk mi is egy pillanatot az elszenderültnek életére 's végrendeletére, ki valamint élteben az erények' és tökély' magas pontjára igyekezett hivatást vezérelni, szinte akarta, hogy lényeges tulajdonai, szellemi tehetségei — még akkor is fejledezzenek, midőn tetemei már porlódnak. Szép vagyonát, mellyett tiszta, egyszerű életében szerzett, nagyította azon örökség is, melly testvérjéről (hasonlóképp plebánosról) rea maradt; mindezen vagyonával a' boldogult azon jeles férfiak' sorába akart iktattatni, kik hazájok' és nemzetök' virágzását 's jólétét intézvényeik által alapítani törekedtek; mert végrendelete' 10 pontjában mindenütt a' jótékonyság' mezeje nyílik; különösen pedig a' hon' javára a' 11ik pont eképen szól: „Ezek után hagyom vagyonomnak két negyedrészt Kismarton sz. k. városa' részére (t. i. Teschmayer kismartoni születés) olly kikötéssel, hogy az első negyedrészt kamatját egy jó reményű erényes ifjú évenként

buzza, legyen az akár a' szép tudományok', akár valami mesterség' avatottja, kinek is kijelélése a' város' plebánosát, ki öveit leginkább ismeri, illesse;" de ez a' végrendeletben oda utasítatik, hogy az évi kamat' kiosztása' alkalmával legelső tekintete legyen a' Teschmayercsaládból származottra, ha ez erényes, és az árvákra. A' másik negyedrészt szinte a' kismartoni elaggottak' és szegények' házára hagyá. Teschmayer még a' czenki hívekről sem felejtkezett meg; mert azok' számára 5000 forintot p. p. kíván letéetni biztos helyre, melly tökepenz' esztendei kamatjának huzására végrendeletében már két szegény gyermeket ki is jelelt, hogy kiket élteben a' hit' és erény' igazságának tejével táplált, azokat hamvaihoz a' jótékonyság' bilincseivel is lánczolja; ezen gyermekek' fölnevelése után pedig a' fentebbi 5000 forint' kamatjának felét hasonlókép egy szegény sorsú jóra való ifjú, másik felét pedig a' fárabéli legjobb lány' jutalmazására akarja fordíttatni, 's ezek' kijelélése szinte a' n.-czenki plebánosra bizatik, kötelességeül tétetvén, hogy a' kamat' osztásában különös tekintettel legyen az árvákra és szegényekre. A' nevelés' hajnalán égi fényt deríteni Teschmayernek is sajátja; de emléke fen is marad, kivált azoknak szivökben, kik erényeit ismérték, jótékonyságában részt vettek és veendnek. Béke az elszenderültnek!

*Hirnök.*



*Moniales Sorores Misericordiae in Eppatu  
Fuldensi.*

Ecclesiasticae paginae Catholicae, quas Dr. Hoenighaus redigit, Fulda haec referunt: „Cunctorum veneratione dignissimus noster Episcopus Pfaff in episcopali residentia Sorores Misericordiae restituit, idemque beneficium ad reliquas etiam dioecesis suae partes extendere cupit. Serenis. Dux Aureliana, quae per suum in Galliam iter Fuldam transierat, Praelato eximio 1000 fr. summam tradidit, domui earundem Sororum consignandam. Episcopus, quantum e moderatis suis proventibus parsimonia peperit, liberaliter illi dono addidit, et totum apud domum argentariam fuldaensem in censum locavit, eo deserviturum, ut Fuldae domus centralis pro his Misericordiae sororibus erigatur.

v. \* e B.

---

*Bibliorum pro laurea philosophiae cognitio.*

Senatui universitatis scientiarum Iondinensis illa propositio facta est, ut candidati pro dignitatibus (gradibus academicis) examini ex originario bibliorum veteris et novi foederis textu subjiciantur. Hoc accessum aliquem ad morem et systema veterum universitatum significaret, ubi exigitur, ut opportunitate conferendorum academicorum graduum can-

didatus profiteatur se ecclesiae dominanti anglicae addictum esse. Senatus attamen nunc propositionem hanc declinavit, decrevitque ut candidati, si ipsi desideraverint tentamen subire e bibliis ss. possint. v. \* e B.

---

*Inquisitio atque persecutio militaris et politica.*

In literis Madrito scriptis inter cetera haec leguntur: „Generalis Flinter vindictae studio, diu suppresso, contra praetensivos Caroli assecclas Toleti libere indulget; unum e Canonicis, virum maximae auctoritatis nuper admodum in profundos carceres subterraneos conjiciendum curavit, quia in domo ejus antiquum scriptum typis excusum inventum est, in quo inquisitio laudatur. Militaris itaque et politica inquisitio religionariae locum occupat! —

v. \* e B.

---

*Graeciae perceptorum et expensorum  
tabella a. l.*

Aerariales Graeciae Tabellae hoc anno sic exponuntur: I) Nomine extraordinariarum perceptionum occurrunt 1) E tertia mutui serie (a Gallia, Russia et Anglia) 3,978,585 drachmae; 2) e subsidio Bavariae regiminis 2,229,086 dr. II) Ordinarium regni reditus annui et quidem 1.) e tributo proprie dicto: seu directo i. e. e decimis purus reditus 6,300,000 dr., tributum a pecoribus 2,050,000 dr., ex



apium cultura 50,000 dr., ex opificiis 250,000 a domibus 80,000 dr.; 2.) e tributo improprio seu indirecto, et quidem teloniales reditus 2 mill. 50.000, sanitatis et consulares proventus 196,000 dr., a typario publico 500,000 drac. — E publicis institutis nempe: Postae, monetae, typographiae publ. simul. 292,630 dr. Possessiones publ.: efodinis 180,643 dr., e salinis 315,000 dr., e piscinis 150,000 dr., e re silvanali 50,000 dr. ex olivis 300,000 dr. e plantatione orisae 3000 de., e vineis et Corintho 43,269 dr., e hortis et aliis fundis 100,000 dr., ex aedificiis pub. 851 dr., e promptuariis et officinis 150,000 dr.; caeteri reditus, inter quos etiam publicorum agrorum divenditio occurrit, ad 252,000 dr., ponuntur. Perceptiones ex annis prioribus residuae, inter quas restantiae ab annis 1833—1836 cum 10,000.000 dr., simul 12,403,619 dr., Itaque ordinariorum redituum summa pro anno 1837. efficit 25,717,309 dr., et huc computatis extraordinariis perceptionibus 31 mill. 933,980 dr. — Erogationes vero anni 1837. in hos ramos abeunt: I-o in extraordinarias necessitates: aes pro expunctione annua mutui (a Gallia Russia et Anglia) ejusque census 2,981,084 dr.; pro censu et expunctione annua aeris a Bavaria accepti 1,407,435 dr.; pro phalange 710,000 dr., pro pensionibus militaribus e bello libertatis 51,208 dr., pro praesidiis limitum 1,150,000 dr., summa itaque horum extraordinariorum expensorum 6 mill.

765,727 dr., efficit. — II-o in ordinarias necessitates et quidem 1-o) publicae erogationes: palatium r. 1,000,000 dr., senatus regni seu status Consilium 264,290 dr., pro ministro exter. negotiorum 378,250 dr. pro Justitiae 575,334 dr., pro internorum negot. 2,477,238 dr., (in hac summa comprehenditur erogatio in provinciales custodes cum 850,000 dr.); pro ministro cultus et institutionum publ. 442,537 dr.; pro financiarum (accensa curia suprema rationum) 449,570 dr., pro belli 3.949,940 dr., pro maritimarum rerum 2,666,160 dr., supplementum pro interveniente defectu et similibus 240,000 dr., — 2.) expensa ex anno praeterito, et quidem: aes alienum expungendum restans 2 mill. 700,000 dr., debita expungenda ex annis 1833—1836 restantia 4,874,934 dr. status aerarii (passiv.) anno 1836 1,900,000 dr., defectus et similia 300,000 dr.; 3.) restantiae anni 1837 (solvendae) quae ad annum 1838 transferuntur 3,000,000 dr., et sic summa ordinariarum erogationum 25,168,253 dr., efficit, quae accensis extraordinariis expensis 31,933,080 dr., constituit.

*L. Botka fundum Eccl. N. Géres 1500 fl. auxit.*

Sp. D. Ladislaus Botka t. j. Ass. die 18. Dec. in Nagy Géres (I. Cott. Zemplin) solerter actae vitae anno 54 magno consanguineorum et omnium vicinorum dolore mortuus est. Codicillo ultimae voluntatis ecclesiae N. Géres fundum 1500 finis auxit. Sit ei vita altera beata!



*Anglia vetus et Canada,  
Vaga hodiernorum philosophorum politica  
principia.*

Consultationes in Comitibus anglicis de arripiendis respectu Canadae mediis adtentione et memoria longe digniores esse videntur, quam ipsa celeriter in primo ortu sopita sedito. Ante omnia notari meretur in inferiori curia factionem Tory tales mutationes, rogationis relate ad Canadam propositae, evicisse, quibus in genere suspensionem constitutionis relaxandi facultas arbitrio Ministrorum subtrahitur. Ministri factionis Whig in hoc cedere coacti sunt, nutans nihilo minus systema suum prosequentur, et, jam in foedere cum Tory contra radicales et factionem hybernicam, jam ab his adjuti et compulsi adversus factionem Tory aciem formabunt. Si Anglia eadem hodie esset, quae olim fuerat, credendum sane foret seditionem Canadae aliquam duntaxat utilitatem per id praestitisse, quod factionem Whig a radicalibus in perpetuum sejunxerit.

Majorem adhuc adtentionem, quam hae factionum contentiones, merentur theoriae, politicae, quos viri in Anglia politicarum rerum celebritate gaudentes, — secus ab omnibus theoriis politicis plurimum alieni — hac opportunitate profiteri cogebantur.

Sic D. Eduardus Sugden, unus e celeberrimis anglicis jurisperitis, sub Ministris Toꝝ

Cancellarius Hyberniae, declarat, et D. Robertus Peel eidem assentitur: Regem et Comitibus jure gaudere constitutionem Canadae inferioris suspendendi et mutandi; non quia seditio ibi erupit, (hoc enim sufficientem rationem haud praeberet) \*) sed quia nationalis repraesentatio per id, quod inde a quinque annis tributa denegaverit, semet adversus Civitatem matrem in statum seditionis collocaverit. Si principium hoc vulgo probaretur, maxima profecto obtutu correlationum constitutionalium in tota Europa, praecipue autem in Germania adduceret consectaria. Principio hoc quivis principum, qui propter denegata a comitiis tributa constitutionem regni sui suspenderet, eamque ex arbitrio mutaret, aut novam adornaret, jure excusaretur. — Et enim secundum ipsam etiam anglicam juris theoriam quivis haereditarius princeps in suo regno tantundem saltim juris habere censendus est, quanto Regina et Comitibus in Canadam gaudent. — Atqui principium hoc ulterius multo progreditur, quam probari possit. Videtur potius Princeps in dicto casu ad jus suum proprium restringi, unde media, quae adversarii arrepturi sunt, praestoletur. Et tum tandem, si jura illi aperte violare, seditionemque re vera

---

\*) Ne videlicet suscitati oilm quoad restaurationes seu reorganisationes varsoviensem, cracoviensem, italicas etc. clamores propria confessione, post factam quippe experientiam, redarguantur.



movere pergant, in statu belli justi ex adverso eorum constituitur; denegatio tributi, utut damnanda, in jure tamen Statuum posita est, secus enim addicta iis tributum decernendi potestas omni sensu careret. —

**D. Roebuck**, unus e radicali factione, accepta coram Comitibus pro Canadensibus dicendi facultate, inter caetera haec protulit: „Nolo equidem pro seditione verba facere, ea enim ipsa causam suam evincere debet, quod fit, si felici eventu coronata fuerit; si contra infelicem nanciscatur exitum, contemnitur, et ignominia afficitur. Si Belgium intuear, video Angliam, solennibus cum Hollandia pactis nihil obstantibus, seditioni omni contentione opitulari. Atqui seditio haec felicem successum habuit, itaque justa habita. — Illud vero moralis doctrinae genus non intelligo, quod parte ab una heroes polonos ad astra refert, parte vero ab altera pauperes Canadae ruricolos in **S. Carolo** (ubi conclusi glande aut subjectis ignibus enecti sunt) despectui habet. Pessime autem convenit, si iidem homines, qui gloriantur se per hispanicarum in America coloniarum seditiones novum orbem creasse novamque vitam suscitasse, infensissima abominatione de rebellibus canadensibus loquantur; si iidem **Washington** laudibus et encomiis extollant, una tamen **Papineau** execrentur.“ — Amaras has in ore radicalis Canadensium vices gerentis veritates liberalis et illustri genere natus **Lord J.**

Russell \*) singulari prorsus et generosa quadam at minime persvadente ratione resolvit. „Se in eam sententiam abire haud posse, quod seditio semper felici successu justificetur; neque enim id concedere posse, ut nobilis Algernon Sidney et Masaniello\*\*) ad eundem gradum collocentur.“ — Quod si haec ita sint, quam nobis notam discriminis adsignabit Ill. Lord, qua seditio justa haberi possit? Dicendum fere, seditionem, ab eodem in protectionem sumtam, nobili genere oriundam esse debere, cujus auctores moribus perpolit, et generatim e tali constent materia, ut ad choreas Almak acces-

\*) Veluti filius posthumus Ducis Bedford genere ad vetustissimas Angliae familias spectat.

\*\*) Masaniello (seu Thomas „Tomaso“ Aniello) pauper piscium et fructuum quaestor Neapoli 1648. 7. Julii propter ademptas per teloniatos teloniis subtractas merces primo quaestores frumenti concitavit et brevi, intra 3 dies, vix viri aetatem agens, civitatem, circa 600,000 animarum, ab Hispanis multum divexatam, ad suas partes pertraxit et 150,000 armatis stipatus domos teloniales, 60 palatia etc. exussit, carceres aperuit, privilegia priora extorsit, et die 8. seditionis ad priorem vitae rationem rediit. At mox invitatus a Prorege, a quo metuebatur, acceptoque, ut fertur, ab eodem veneno, fastu delirans, in amicos, plerumque ebrius, grassabatur; in tumultu itaque populi captus, glande peremptus, rescissoque per lanionem quemdam capite, cadaver per plateas raptatum. — Algernon Sidney 1683, cum Lord Russell, Essex et aliis conjurationis in Regis Caroli II. et fratris ejusdem vitam accusatus et supplicio affectus est.



sum habeant; secus enim cur „Patriota“ Algernon Sidney, — qui Regem suum legitimum exigere et rempublicam erigere omni contentione voluit et penes haec adhuc ab infensissimo patriae suae hoste, Ludovico XIV vitalitium acceptavit, seque hac ratione corrumpi sivit, — prae honesto sed fanatico Lazzarone, qui gravi injuria, ut credebat, irritatus, signa seditionis sustulit, — praecellentiam obtineat, tam clare et indubie, sicut illustris Lord, nequaquam perspiciamus, qui caeterum rationes suas prudenter subticuit.

Verum enim vero in arbitraria ejusmodi asserta delabi necesse est, talibusque exprobrationibus et amaris reprehensionibus omnes illi semet exponunt, qui simplicem et rectum juris tramitem deserunt, firmumque illud in verbis divinis civitatum fundamentum derelinquunt: „Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit.“ (Ad Rom. XIII. 1. 2.) *exc.\**

---

*Sententia sibi contradicens.*

Notum est, juratos judices in Anglia propter nimiam poenarum, delictis nequaquam admensam, severitatem reos saepius absolvere. Ita etiam nuper jurati judices in occidentali parte Angliae miseram quamdam et inopem

mulierem, quae fame coacta furtum commiserat, hac sententia lata absolverunt: „Captivam innocentem invenimus, speramusque, eam deinceps non facturam“

---

*Libri Annunciatio.*

Novissime sub titulo: „*Néhány Kivonatok* G. R. L.' Munkájiból. Posenban Bellenay' örökösínél 1838.“ liber, hoc tempore utilissimus, prodit; ideas enim novissimis temporibus sparsas, pro incautis et inexpertis animis periculosas, e principiis sanis, ratione populari, stylo facili, una tamen puro et culto, injustam lucem collocat, ac veneno exuit, sicque temporum necessitati optime succurrit; unde mirum non est, quod operis hujus jam in varias lingvas transpositi in sola originali 30 et ultra editionibus desideria publica expleta nondum sint. Illi, qui in primis juventuti libris, in publica commoda et privatam utilitatem salutaribus, gratificari cupiunt, exiguo 30 xr. c. m. sacrificio majores fructus redimere nequaquam possunt: justissimis itaque titulis liber commendatur. Interim in dicta typographia, et Pestini apud DD. Eggenbergerger haberi potest, mox in aliis etiam Bibliopoliis invenietur.

---

*Fabricae et Manufacturae Saxoniae.*

E relationibus vi muneris praestitis patet nunc in Saxonia 2899 fabricarum instituta esse in exercitio, e quibus 229 filaturarum machinas habent cum 448,829. subtilium filorum fuis in motu; 1559. textrinas, e quibus 108



textura lanae occupantur; 43 sunt manufacturae lini, et 91 textrinae gossypinas telas fabricantes; 278 tibialium textrinae; 125 manufactura limbolariae; 322 reticulorum spiculatorum et acu pictoriae. Minimus est numerus textrarum tapeti (2) et fabricarum sachari (7), scilicet 2 purgatoriae sachari ex arundine et 5 cocturae e beta sacharina. Praeterea adsunt 39 officinae et malleaturae ferri; 19 aliae metalli fabricae; 18 machinarum instituta, 66 fabricae chartae; tum 3381 molae frumenti, et 102 alium usum praestantes. Numerus textorum tibialium 3315, panni 1602, et telae lineae 9950 constituit; mercatorum autem 20,308. v. \* e W.

### *A' magyar tudós társaság'*

Januarius' 22én és 29én tartatott üléseiben, — belső dolgai' elintézésén kívül: I. Podhraczký József l. t. értekezése Pázmány Péterről, Bajza József t. t. mint illető véleményadó ajánlatára a' Tudománytárba felvételni rendeltetett. II. Hradnay Ferencz' „számolási segéd“ munkája „Brestyenzsky Bela és Gáty István ll. tt. ajánlatára elfogadtatván, kinyomtatás végett a' nagygyűlés elejébe terjesztetni határozlatott. III. Egy matematikai munka a' bírálók egyező vélemények következtében nyomtatástól elmozdítatott. IV. A' társaság' gyűjteményei következő ajándékokkal szaporodtak: a) az angol parlamenti Record-Commission“ által kiadatott historiai emlékek, 104 kötetben, a' kiadó biztosság' ajándékából b) Érzemények, írta Pongrácz Lajos, Pest 1838, a' szerző' részéről; c) a' besztercebányai, egri, esztergami, kalocsai, nagyváradai e. g. és szombathelyi egyházi megyék 's illetőleg főmegyék, nem különben az ájtatos iskolák' és benede-

kiek' rendei, 1837re szóló névkönyveikkel; d) Rác Alajos gödellei sebész 17 ezüst- és 24 rézpénzzel kedveskedtek.

*Kunst Ignác új szerű kettős jótévő.*

Kunst Ignác k. kinevezett kanonok, és nagy-szombati plébános harmincz p. ftot küldött a' m. t. társasághoz olly végre, hogy e' summáért ollyas könyveket adna a' társaság, mik jelesebb tanulóknak jutalom fejében osztogattathassanak ki. Minél fogva az említett célra hét példány Kazinczy-Kis Horatius' leveleiből, nem különben hat példány Kazinczy Ferencz Sallust és Cicerojából az ájtatos iskolák' provincialisának adattak által.

A' Tudományos Gyűjtemény 1838ki 1ső vagy januarius köteté következő foglalattal jelent-meg:

I. Értékezések. 1) N. K. A' tudományok' s különösen a' Mathesis tanításáról. 2) Holéczy Mihály. A' szabadító háború Magyarország' határain kívül MDCLXXX—MDCXCIX. 3) Szilágy János. Az öszvekött Analysis Elemei. 4) Horváth István. Pannoniai János, előbb Nagy Váradi kanonok, utóbb pécsi püspök költeményeinek számos kiadásaikról.

II. Litteratura. A) Hazai Litteratura.

Könyvismertetés. Gazdasági Tudósítások, kiadja a' gazdasági egyesület, bizottsági ügyelés alatt szerkeszti Kaeskovics Lajos. Első évi folyamot első füzeté Budán 8ad réf, 150 lap, második füzeté Pesten 8adrét 1837. 132 lap.

B) Külföldi Litteratura. Könyvismertetés. Malerisch-romantisches Denkbuch des Oesterreichischen Kaiserstaates mit Stahlstichen von den vorzüglichsten englischen und deutschen Künstlern, nach eigends zu diesem Werke aufgenommenen Original-Zeichnungen. Pest und Leipzig C. A. Hartleben's Verlag 1838. 8 vo. Erste und zweite Lieferung. 124 lap.

M. ACADEMIA  
KÖNYVTÁRA



# I N D E X

## *Argumentorum Alvearis Tom. I.*

### *cursus sec.*

	Pag.
Praefatio . . . . .	3
Juris aequalitas, Nobilitas, Status privile- giatus . . . . .	5. 17
Nmélt. Kovács Miklósnak ismét egy hazafiui áldozatja . . . . .	11
A' karloviczi illyr-oláh érsek' 's metropolita' választásáról . . . . .	12
Egri Patriarka-Érseknek a' közjőiránti buz- galombul eredett hasznos példája . . . . .	13
RR. Franc. Bendik tit. Praepositus . . . . .	14
RR. Franc. Pendl et Emer. Farkas Abbates tit. Gradualis Promotio in V. Cap. Veszprim.	—
RR. Car. Laky Can.; Franc. Szabó, Franc. Balogh, Joan. Laky et Vinc. Septyey Cano- nici hh. Sabarienses . . . . .	16
RR. Mart. Radvesay Can. Segniensis . . . . .	—
Epigramma de unimano homine in egenos largissimo . . . . .	—
Felicitas principiorum liberalium et re- volutionum . . . . .	25
Nuncium Pacis e vita ecclesiastica . . . . .	27
Quanta hodie plerumque Paginarum publ. in viribus confidentia ac temeritas . . . . .	29

	Pag.
Libertas contra libertatem . . . . .	31
Soles artificiales noctu et ubicunque; seu noctu etiam plena dies. . . . .	—
Ill. Steph. Sztankovics A. Eppus Metropolita Gr. r. n. u. confirmatus . . . . .	32
Adlocutio, quam SS. Papa, Gregorius XVI., obtutu exauctorationis A. Eppi Coloniensis die Dni (10. Dec. a. p.) in Consistorio se- creto habuit. . . . .	33
Partes suas nosse primum cuique esto . . . . .	37
Regenerata Gallia in novissima Camera Depu- tatorum, cum respectivarum sectionum principiis repraesentata . . . . .	43
Statistica Electionum ad novissima gallica Comitia . . . . .	46
Libertas preli et baculorum . . . . .	—
La Mennais scribere non desiit . . . . .	48
Epigramma de camini purgatore . . . . .	—
Carmen Excel. D. Georgio Haulik, Eppo Za- grabiensi, ad capessendam Sedem suam per Varasdinum proficiscenti oblatum . . . . .	49
Fragmenta hodiernarum Philippicarum . . . . .	54
Contradictiones ita dicti philosophici Juris publici, cujus fundamentum pactum socia- le statuitur . . . . . 59. 65. 81. 105	105
Numerus mortuorum natorum et matrimo- nio junctorum Posonii 1837. . . . .	63
Ill. Jos. Lonovics Sup. Schol. et Stud. per Dist. M. Varadin. Director R. . . . .	64
Promotio grad. in M. Cap. cath. Colocensi . . . . .	—



Eucharisticon stylo lapidari ad exemplum	
Consilarii olim Aulici Birkenstock . . . . .	75
Sublato omni familiarum nexu, quid mirum caeteras quasque res fluxas esse ac mobiles . . . . .	79
Pantheon Parisiis: Monumentorum et ingeni- orum mobilitas . . . . .	80
Stratagema electionis . . . . .	—
Oppositio . . . . .	91
N. mélt. Haulik György, Zágrábi Püspöknek, beiktatása . . . . .	95
Emigrantium Germanorum frequentia in Ame- rica boreali . . . . .	96
Beszélgetés a' vélemények' szabadságáról . . . . .	97
Vannak még Hazánkban is Romai 's Görög classikusokat becsülők . . . . .	110
Theologica studia cath. in Universitate Bona- ensi et Seminario Coloniensi . . . . .	111
Virgines Colonienses. . . . .	112
Id, in quo viri motus et conservationis con- veniunt . . . . .	113
Similitudines in hodiernos Reipublicae viros	119
An catholici homagium Regi Hannoverano detractaverint . . . . .	—
Episcopi Montis-Regalis in Canada christiana consilia . . . . .	122
Controversia jurisjurandi in Pago (Cottu) Gla- roensi terminata . . . . .	123
Facultas ad alteras transeundi nuptias ad mu- hamedanos in Crimea extensa . . . . .	124
Vita longa per 13 regimina protensa . . . . .	—

	Pag.
Maxima navis vaporaria in Gallia . . . . .	125
Populus Canadensis . . . . .	—
RR. Jos. Rácz A. Diac. Tibisc. et Franc. Göbel Can. schol. jun. in A. Dioec. Colocensi . . . . .	127
P. Eder Abbas Meliciensis (Mölk) electus. . . . .	—
Magyar tudós társaság' jelentése . . . . .	—
Beszélgetés a' művelődésről . . . . .	129
Verus et primitivus „Contractus socialis“ . . . . .	139
Beszélgetés az ősiségről (aviticitas) . . . . .	145. 161
Ordo Praemonstratensis in caeo-regiis Ditionibus . . . . .	150
Quo saepe recidit jactata nimium publica opinio, si saniorum jingenuus candor temeritati larvam demat . . . . .	155
Quaedam in causa Coloniensi . . . . .	156
Numerus populi in Borussia ratione Religionum . . . . .	157
Studentium numerus Berolini in Universitate Friderici Guilhelmi . . . . .	158
Numerus Sacellorum cathol. in Anglia . . . . .	159
Munificentia RR. Dni Joan. Kremlicska in pauperes pupillos israëliticos . . . . .	—
A' Tudományos Gyűjtemény' 1837 évi folytatjának XII. kötete . . . . .	160
Matrimonium mixtum Ducis Aureliani . . . . .	169
Auctor Doctrinae S. Simonistarum . . . . .	171
Dioeceses Hispaniae . . . . .	173
Census populi Lipsiae . . . . .	176
Fő T. Marsovszky András Rosnyoi Kan. † . . . .	—
Regnum ac Dominium Dissertationum . . . . .	177
S. Simonismus et novus Constitutionalismus . . . . .	179




	Pag.
Radicales etiam Prophetæ . . . . .	180
Armeno-Mechitaristica Congregatio . . . . .	181
Rém, amitás, képmutatás, színlett ürügy, gyávák kijádszása, hitteli játék 's vissza éles, vakmerőség, sat. a' lázzadás' hősei- nek fegyvere . . . . .	183
Naves vaporariæ etiam apud nos strenue multiplicantur . . . . .	188
Census animarum in Imp. Russico 1836 . . . . .	190
Nati et mortui Pestini 1837 . . . . .	191
Benefaciendî studium RR. Dni Casimiri Gáspárik . . . . .	192
Census populi in Schematismo Archiepisco- patus Agriensis . . . . .	—
Aenigma: Mulus . . . . .	—
Juris publici theoria et praxis . . . . .	193
Laus et aestimatio civis nostri, de literis bene meriti . . . . .	197
Nova plâteas sternendi methodus . . . . .	199
De turfa in minus volumen comprimenda . . . . .	—
Figyelmeztetés. A' Hirnök 1837. 46-dik és 50-dik számai alatt közlött adatok iránt a' Magyar Játékszinekrül . . . . .	200. 217
Legujabban érkezett tudósítások a' kölni kérdés kiegyenlítésére nézve . . . . .	205
Commercium Russiae cum Asia media . . . . .	207
RR. Ant. Karner Rector Gen. Seminarii Pest. . . . .	208
Ill. And. Miskolczy tit. Eppus Serbiensis . . . . .	—
RR. DD. Joan. Hoffmann et Mich. Müller tit. Praepositi . . . . .	—

	Pag.
Patriotismus, continentia et liberalitas hodiernorum Pöblicolarum . . . . .	209
Conventus populares quandoque in re levi graves, in gravi leves. . . . .	213
Aquam sub tectis exstingvendo incendio aptam, ne hieme in vase congelet, parare	222
Hieroglyphi in Pyramidibus Aegypti detecti	225
Numi veteres romani in Africa . . . . .	224
RR. Jos. Gaal Can. Albensis.—Joan. Fragner et Thom. Andreanszky Can. Scepusienses	—
Gratiae populares . . . . .	225
Wolfgangus Kempelen . . . . .	228
Conditio Ministrorum Religionis Muhamedanae . . . . .	230
Pugnae singulares nec in Gallia poena immunes . . . . .	233
Bővebb megismertetése „az igaz hazafiuság alapvonalai a' jelenkor szükségeihez alkalmaztatva“ czimü újkönyvnek . . . . .	234
Constantia libertatis adversus mancipatum . . . . .	238
Prelum effrenatum malorum fons . . . . .	—
Ordo Benedictinorum in Gallia . . . . .	239
Lanae in Angliam invectae quantitas . . . . .	—
RR. Adalb. Bresztyenszky et Leo Gácser	
O. S. Ben. Abbates . . . . .	240
Logogryphus: Poenitentia . . . . .	—
Novum oblatum in negotio struendi inter Budam et Pestinum pontis stabilis . . . . .	241
Supplementum ad Pag. 213. de veste solenni	



Ablegatorum Galliae . . . . .	246
Negotiorum liberalibus placitis simplificatio	250
Ad majorem liberalium idearum gloriam	251
Ill. Dni Praelati Jassoviensis Aloys. Richter beneficentia . . . . .	253
Sepulcrum Regis Hungariae in cathedrali Neapoli detectum . . . . .	254
Aes alienum mercatoribus Americae foed. incumbens . . . . .	255
Erutum in Russia metallum anno 1836 .	256
Populi numerus auctus in Regno utriusque Siciliae . . . . .	—
Christiana religio in Imperio Sinensi .	257
Don Carlos in praetorio hiemali . . .	260
Kisfaludy-Társaság első nyilványos ülése .	267
Archi-Episcopatus Cubae . . . . .	270
Caedes et latrocinia 1837. in quibusdam pro- vinciis Portugalliae . . . . .	—
Eruti in Europa ferri quantitas annua .	271
Protocollum eccl. evang. communitatis uni- tae Buda-Pestiensis . . . . .	272
RR. Jos. Kováts Abbas tit. . . . .	—
RR. Sylvester Guina A. D. Spalatensis. .	—
Novae catholicae Paginae historico-politicae	273
Acuta dictio comitalis et philantropica .	276
Nec in Hispania est adhuc plene extincta fides ac religio avorum . . . . .	280
Secretum Consistorium Romae die 12. Febr.	281
A. Eppus Varsoviensis pro causis matrimonia- libus advocatos designat . . . . .	282



	Pag.
Annunciationes publicae saepe rationem morum populi adumbrant . . . . .	283
Contraria juxta se posita . . . . .	284
Missionarius Judaicus . . . . .	—
Liberae civitatis Cracoviae succincta adumbratio statistica . . . . .	285
Nuridschan Armeno-Cath. A. Eppus Copoli †.	288
Ill. Maximus Manujlovics †. . . . .	—
Liberalis civitatum doctrina misso hodie recto juris tramite principia politica vaga statuit . . . . .	289
Apud liberales etiam militum disciplina liberalis . . . . .	293
Restituti Sacri Ordines in Gallia . . . . .	296
Invitis licet liberalibus religionis necessitas semet prodit . . . . .	297
Fő T. Teschmayer József cz. kanonok' jótévő élete 's végrendelete . . . . .	298
Moniales Sorores Misericordiae in Eppatu Fuldensi . . . . .	301
Bibliorum pro laurea philosophiae cognitio . . . . .	—
Inquisitio atque persecutio militaris et politica Graeciae perceptorum et expensorum tabellae a. l. . . . .	302
L. Botka fundum Eccl. N. Géres 1500 fl. auxit . . . . .	304
Anglia vetus et Canada. Vaga hodiernorum philosophorum politica principia . . . . .	305
Sententia sibi contradicens. . . . .	309
Annunciatio libri: „Néhány Kivonatok G. R. L.' munkájiból“ . . . . .	310
Fabricae et Manufacturae Saxoniae . . . . .	—
A' m. t. Társaság' jelentése . . . . .	311
Kunszt Ign. uj szerü kettős jótévő . . . . .	312

